Tu malaʒ emonet ruri a me maficio
Vincereſt repperit mulier ut ego opi/ nor uina dea aut hominem ut uolo
Tu malã emones ruſtica me:uel ſic
Vt malam emonet ruſtica me: male/ ficio
Vincereſt:repperi mulier ut ego opi/ nor una mihi hominem ut uolo
Pape iam manuſt Pape in maniſt
Tibi attuli tuas. Tibi attuli duas
Quid illi ex utero exicioſt priuſquã
Quin illi ex utero priuſq̃ exicioſt
Neq̧ me res Neq̧ meas res
Ex ſcæna ite ite errores inter. v.
Quis amat ne quid quin nichilis ita/ q̧ improuiſe partibus expoliat
Quis amat nequit qn nihili ſit atq̧ improuiſe partibus expoliet
Domi ſit quæ facit
Domi ſcit qui facit
Metuit publicos Vel publicanos
Quæ hercles: Quæ hæc res
Confeſſus omnibus te iis
Confeſſus omnibus tediis
Ex ſcæna date iam ſoleas
Excludis quæſo eſopitius
Excludis quæſo ex hoſpitio
Roſt q̃ filium peperit
Poſt q̃ filium peperit
Ex ſcæna tus mane ex qua
Excluditur ſtratilax
Ego perpere Ego propere
Ex ſcæna mirũ errores inter. ii.
Me inclamauit Me inclamabit
Ex ſcæna neq̧ gnatus
Neq̧ potes reperirier.
Rectius.Neq̧ potis reperirier.
Totus haudeo Totus gaudeo
Quid tibi agatur Quid ibi agatur
Quis ea intro Quis eat intro
Ex ſcæna lepide efficiam errores i/ terlocutorum. ii.
Eſtum ex inani
Eſt dum tibi in manu
Item reſtriticis Lege reſtitricis
Lauſum fecit filio
Sunt qui legant leſſum
Sunt qui plauſum
Plus enim eſt intromiſſus q̃ dabas
Vel plus enim es intromiſſus quum dabas
Dedi equidem Iuſſi equidem
Iam quos capiam calceo
Capiam calceos
Ne me maleſacta antiqua mea ſine inueniam omnia
Ne mea maleſacta antiqua nunc ſe/ nex inueniat omnia
Ex ſcæna egõ tibi errores inter. ii.
Vincis exolue Vinctas exolue
Nunquã ſit negotii
Nunquid ſit negotii
Vicit quod petebat adeſt uni
Vicit quod poterat uim attulit
Quis eſſe diceret Lege diceres
Non miner Nominer
Quæ uolo multa mihi audienda ob noxia
Quæ nolo multa mihi adeunda ob/ noxia
Culte compote mi
Culpæ compotem
Tam eſtis uero:ſanun es
Mitte iſtas:tu uero ſanum es
Sex talenta malana Lege magna
Ex ſcæna blittea
Qui meis tutorem me adoptatis bo nis
Qui ſuis tutorem me adoptat bonis
Quando procures habes
Quando quod procures habes
Iam tum oculum uocas
Iam non oculum uocas
Sine eum ipſe adire
Sine eum ipſum adire
Si tenent Si uenerit
Ex ſcæna eo mihi errores interlo/ cutorum. ii.
Ne me appellat Ne me appella
Opus iſtic non Opus lignis
Puruſ eſt totum diem
Opus eſt totum diem
Etanio educier
Vel ſetanio educier
Nam quãquã eſt bella
Nequaquã es bella
Nihili phariſatius eſt miles
Legerem ferriſatius
Vel fariſaceus
Bella aut eatieta eſt
Bella haud enim bella es
Malam rem his Malã rem agis
Magnopere ſerua uiaticum
Magnopere ſeruandum uiaticum
De tuis deliciis ſum
De tuis deliciis ſummis
Ab auo eſt quod idem dictuʒ ſuper fert cãpas dicit abaui conſultã iſtuc
Corrigendum autumo tantum uer/ bum dicit ut legatur dictum: reli/ qua omitto
Mihi homo Vel mi homo

FINIS

¶ Bernardi Saraceni Veneti in Plautinas comœdias emendationes & enarrationes.

QVod pertinet ad Amphitryonis argumētū comœdiæ hoc eſt Meſtoris & Lyſidices Pelopis filiæ Hippothoe filia fuit: ex qua & Neptuno natus eſt Taphus: q Echinadibus ĩperauit inſulis: eaſq; de ſuo nomine populoſq; Taphios noīauit pariterq; Teleboas a patria ſua unde uenerat teleba. Taphii aūt filius fuit Pterelas: quē Neptunus bello inſupabilē fecerat q̄ diu ĩ capite comā geſtaret aureā: quā ei attribuit Neptunus: Pterelæ aūt filia fuit Comœtho: mares fuere filii Chromius Tyrannus: Ampolus: Cherſidamas: Meſtor Eueres. Helectrionis aūt qui Mycenis regnabat cū Alexo uxore uel (ſi Diodoro credimus) cū Eurydice Pelopis filia fuit Alcmenæ: filii uero Stratobates Gorgophonus Philonomus Celæneus & Lycimniꝰ Nothus ex Medea Phrygia muliere. Inde enī uenit Mycenas Taphii itaq; pariterq; Pterelæ filii Mycenarū ſibi quærētes ĩperiū: & helectrione nolēte cōcedere in agrū Mycenēſiū eruperūt: boueſq; ſuſtulerūt & quicqd uſq; obuiā fuit qđ pdæ locum obtineret. Helectrionis aūt filii propugnarūt: in eoq; prœlio multi utrinq; ceciderūt: helectrionis qdem filii oēs præter Lycimniū: pterelæ uero pter euerē. Abierūt Taphii pdam auferentes: quā depoſuerūt apud regē Elineſiū Polixenū. Amphitryo aūt a Polixeno capiēs Mycenas abduxit Helectrion porro ulciſci cupiens filiorū interitū. Amphitryoni filiā Alcmenā regnūq; pollicitus eſt ſi aduerſum Teleboas ductitet exercitū: qui in pterelā iuectus una cū Cephalo & Panopeo Taphios prius ſuperare nō potuit q̄ Comœtho pterelæ filia Amphitryonis amore capta e patris capite aureā abſcidit comā: deditq; Amphitryoni: quāobrē potitus uictoria eſt. Inſularūq; imperiū Cephalo dedit: uñ cephalenæ ſūt appellatæ. Interim mortuo iam helectriōe dū bellū geriť uxore Alcmena potitꝰ ē. ſed Iuppiter amore captus Alcmenæ: eā abſente uiro cōpreſſit: grauida igiť & ex Amphitryone & ex Ioue fuit: quāobrē geminos uno partu enixa eſt Herculē & Iphiclum: cum diuerſis tamen cōceperit tpibus idq; adeo uſq; uerum fuiſſe conſtat: ut & Ariſtoteles in libro de animalibus id memoriæ prodiderit: poſſeq; fieri contenderit. Plautina ergo fabula hoc habet ut Iuppiter mutatus in formam Amphitryonis tantiſper quoad redeat a legionibus domū Amphitryo cum Alcmena cubet Mercuriuſq; ſoſiæ formā gerat Amphitryonis ſerui: & perinde ſoſiam Mercurius a foribus aduenietem arcet: cogitq; ad Amphitryonē redire: & quæ uiderit memorare: nec credit Amphitryo quæ memorat ſoſias: qui domum ueniens cū uxor paulo ante receſſiſſe domo: eū arguat exiſtimat uxorem ſtuprū cōmiſiſſe: Iuppiter Amphitryonis formam ſumens ab ædibus ipſum abigit iratus Amphitryo dum minitatur cædem uxori & adultero & irrumpere in ædes ſtudet: fragore & crepitu tonitrus ante fores cōcidit nimia formidine correptus: inde leuatus & recreatꝰ a Ioue ē oblectatuſq;: qđ Alcmena geminos fuiſſet enixa: quodq; cū Ioue partum diuiſiſſet: hoc argumentū fabulæ.

¶ Quod autē ad carmē pertinet paucis aperiemus: comœdiarū propemodū omniū carmē certe iambicum eſt: ſed cū iambici carminis innumerabiles ſint ſpecies utūtur comici in prologis quidā & argumētis iambico trimetro: ubi autem ad concretationē ſermonū deuenitur aliquādo tetrametro quādoq; etiam pentametro. Trimetrum quidem appellatur carmen: quod ſenis concluditur pedibus: quod breuitas iambi efficiat: ut duo pedes pro uno habeantur: unde Horatius. Syllaba longa breui ſubiecta uocatur iambus: pes citus: unde etiā trimetris acreſcere iuſſit nomē iābeis cum ſenos redderet ictus: ad tardandam iambi celeritatem ſpondeus admiſſus eſt: ut idem Horatius. Spondeos ſtabiles in iura paterna recepit: & quoniā longa in breues reſoluitur reſoluta iambi longa etiam tribrachus admittitur: reſoluta ſpondei prima anapæſtus: reſoluta ſecunda dactilus: reſolutis ambabus proceleuſmaticus. quare in iambico quidem carmine pedes admittuntur iambus pater: & ad tarditatem inuehendā ſpondeus: ob reſolutionem dactilus anapæſtus proceleuſmaticus & tribrachus. Pyrrhichius autem propter indifferentem ultimam ſyllabam in fine recte collocatur. Epheſtion uero de iambico locutus carmine: Iambicū inquit ſuſcipit in regione impari hoc eſt prima tertia & quinta. Iambum Tribrachum Spondeum Dactilum Anapæſtum: In pari uero hoc eſt ſecunda quarta & ſexta. Iambum Tribrachum & Anapæſtum: hoc apud comicos perpetuo. at apud Iambographos: & Tragicos rariuſcule. Scaſon autem in fine Spondeum pro Iambo quod Hipponacteum nominatur: alii claudum appellant. Indifferenter autem prætet quā in ultimo Proceleuſmaticū admittit pariter & Tribrachum: ſi modo ex aliis unus uel antecedat uel ſubſequatur: ne ſit perpetuo ex longis aut breuibus.

¶ In amphitryonis Argumentum.

AMphitryo profectus in hoſtes Teleboas: grauidam ex ſe reliquit uxorem alcmenam: cuius amore captus Iuppiter uerſus in formam eius abſentis coniugis: fingit ab exercitu noctu rediiſſe. Illam comprimit: moremq; gerit ſibi: noxq; illa Iouis iuſſu facta longior. Mercurius ut ſuo ſeruiret patri ſummo Ioui: ſerui Amphitryonis ſoſiæ cœpit imaginem: horum Alcmena deluditur dolis: fitq; rurſus ex Ioue grauida: interim uictor hoſtium rediens amphitryo: domum præmittit ſoſiam: ut nuntiet uxori reditum: is offendit Mercuriū inquā: ſibi ſimilem ſeruum: ambo rixantur inuicē: a Mercurioq; excluditur domo: id idem contingit redeunti domum amphitryoni: quem uxor rata ſe ab illo deludi ſatis inclæmenter accipit: fitq; illi obuius pro Amphitryone Iuppiter: ſicq; fruſtratur ab uxore atq; ab Ioue ſimul: fiuntq; gemini amphitryones & ſoſiæ. Tādem arbiter accerſitur Blepharo: uter eorum uerus eſſet amphitryo recte ut diſcerneret: obſtupuit ille & certi nihil proferens abiit: interea tempus pariendi cum afforet: alcmena ex Ioue atq; ex uiro geminos uno enixu parit: horum alter qui poſtmodum dictus hercules ex Ioue genitus (nam ex Amphitryone Iphiclus) binos enecat angues manu: igitur Iuppiter ut mulierem inſontem oſtenderet: quam uir inſimulauerat probri: magnum intonuit: rem profeſſus ut erat: iubet igitur reconciliari uiro coniugem.

Ioānes

Ioannes Petrus Valla inclyto utriuſq; iuris doctori Scaramuzæ triuultio Mediolanẽſi patricio pri/
mario.S.D.Eternam.

CVm de Plauti fabulis inclyte ſcaramuza triuulti dum apud te Mediolani eſſem in/
ter nos uerba faceremus nõnullaq; earum loca non minus deprauata:q̃ ob uenerã/
de antiquitatis ignorationem ſubobſcura quæ tum mihi ſuccurrebant:ut a patre in/
terpretante didiceram caſtigataq; annotaram nequãdo memoria exciderent quid ſi/
bi uellent exponerem:ea ſic abs te laudari animaduerti: ut facile intelligerem te: quæ
tua eſt non modo circa excellentiſſimas quaſq; res elegantia:ſed etiam magnitudo animi & benigni
tas cupere:ut ea annotata publicarem. Quare ego qui multis de cauſis tibi omnia debeo cõmittẽ/
dum non ſtatui: ut iſti tuo honeſtiſſimo deſiderio ſatis non facerem:ſed liberalis hoſpitis more qui
ientacula modo poſcenti amico:ipſum niſi ſaturum dimittere noluerit:non ſolum ea:ſed alia etiam
pluſcula:q̃tu poſtolaras:ut ut a tyrunculo annotari poterint edenda curaui. Ceterum cum hanc no/
ſtram induſtriam ſi qua modo eſt:cuipiam inſcribendam mancipandamq; ſtatuerem neminem cõ/
peri:quem tibi tuæq; domui non modo anteferrem:ſed ne compararem qdem nec imerito. Quid
enim triuultia domo per totam Italiam dici poteſt inſignius? a qua olim tanquã ſaluberrime ſtellæ
omnibus ingenuis artibus excellentes q̃ plurimi effulſerint uiri:ut noſtra ætate Illuſtris princeps Io.
Iacobus Triuultius patruus tuus:qui hoc proprium & peculiare ſibi uendicauit:ut iam alter Hercu
les ad improborum hominum obtundendas atterendaſq; uires eſſe dicatur. Quo ſcientia rei mili/
taris nemo peritior:autoritate nemo ſuperior: fœlicitate nemo fauſtior. In tractandis quæ ad mu/
niendum exercitum pertineant nemo laborioſior. In periculis ſubeundis:duce prudẽtia:nemo ani/
omſior. Quid in conficiendis rebus celeritatem memorem? ad prouidendum rebus omnibus ui/
gilantiam atq; conſilium? ſed hæc pauca præ quæ de ipſo dici poſſent. Quid præterea reuerendiſſi/
mo Antonio aſtenſi epiſcopo fratre tuo:ut aliorũ inſignes ommittã uirtutes dici poteſt integrius?
continentius? iuſtius ue? ad cuius recte ſanctecq; uiuendi normam:& indefeſſam ad ſubueniendum
amicis ac honeſtis uiris promptitudinem non una lenitatis pietatiſq; laus accedit. Erectam uero ad
omnem æquitatem mentem tuam omni laude digniſſimam:tuamq; erga ſtudia nec legum modo:
quarum doctor peritiſſimus haberis & es:ſed omnium bonarum diſciplinarum uigilantiam ſatius
mihi duco ſilentio pretereũdam: q̃ paucis perſtrigendam:quæ.n.prudentia:quæ probitas: quæ iu/
ſtitia tanta uſquã fuit quæ tuis exemplis non poſſet illuſtrari. Proinde cum his tantis uirtutibus præ
ditus ſis ubi gentium quo ue in loco noſtrarum frugũ primiciæ ſedem potuere ſibi firmiorẽ præ/
ſtantioremq; uendicare q̃ apud te tuamq; domum tam multipliciter illuſtrem:qui tãtopere eis oble/
cteris quiq; nec quenquã ut de mecenate Horatius inquit naſo ſuſpendis adunco:ſi igitur eas tibi
placuiſſe cognouerimus non exiguam uidebimur apud omnes laudem conſecuti. Vale.

¶ Iohannis Petri Vallæ in plautinas Comœdias cõmentationes.

PLautinas uiginti comœdias (nã plures noſtra tempeſtate non comparent) ſoli patri meo cunctas publice profeſſo: Venetiis multi quidẽ operam dedere: quæq; ipſe docuit aperuitq;: ut alia plæraq; exceperunt. ſed alii aliorſum pro animi libidine: ac etiam ut facultas tulit & occaſio annotarunt. Fuerunt namq; qui ſibi dũtaxat ſcriberent: & ſuis domi contenti coniectaneis fruerentur. Fuere q̄ excepta ab ipſo aliis prodere conati ſunt. Quorum ſcripta cuꝫ eorum quæ a patre meo tradita erãt uix quandam ne quid grauius dicam referrent imaginem. Cenſuimus ne qua demum patri meo incuriæ culpa inureretur q̄ celerrime a nobis fieri potuit prouidendum. teſtes enim ſunt mihi aliquot condiſcipuli non plus trimeſtri ſpatio pauculis hiſce colligendis atq; conſcribendis fideliterq; tradendis quã maxime a me tam anguſto tempore fieri potuit adhibuiſſe: repetita quæ olim hauſeram notaramq; memoria: ut aliquanto ante hæc conſcripſerim q̄ illæ exceptæ notationes fuerint impreſſæ. Aliquãdo huberiora ſcripturus cõmentaria. Cum plus otii nacti fuerimus. Nam Venetiis quem fugiat eſt nemo qua utiq; diligentia pater meus omnia ſemper fuerit interpretatus: neq; tamen: ut in meridie. quo uetus uſurpẽm adagiũ. Lucernam ſuccendamus. Sed in aliquatenus a multitudine remotioribus cõmoremur: quod nunc properando non facere adacti ſumus. Deniq; hoc tantiſper propere editum in his latinæ linguæ anguſtiis moliri (ut remur) minime ĩprobandũ cõpellimur. quando non modo Varro: Siſenna: Cariſius: Donatus: Seruius & pleriq; alii litteratores petire: qui hunc laborem: atq; ut nũc ſic loquar mendicabula ſi uiuant nobis exemerint. Quin imo ne quidẽ Plautum ipſum nobis habere contigit niſi conciſiſſimũ: atq; quod ſupereſt deprauatum. Nos tamẽ in tanta rerum difficultate has pauculas cenſuimus ex Plauto reliquias potius q̄ nullas quoquo fieri modo poſſet tanquã ſancti alicuius uiri oſſa eſſe colligendas. Nam licet diuus Hieronymus ſuper Euſebio dicat Plautus ex umbria ſarſinas romæ moritur: qui propter annonæ difficultatem ad molas manuarias piſtori ſe locauerat ibi quotiens ab opere uacaret ſcribere fabulas & uendere ſollicitus cõſueuerat. Nempe tantũ a fortuna uexatus: ut Homerus ut pleriq; alii uiri doctiſſimi. nihil tamẽ de diuina eius minuitur eloquentia quãdo quidem doctiſſimorũ uirorũ conſenſu in eo dicendi genere primas tenet. Cecilio ex decẽ comicis latinis ob grauitatẽ ſolum primus tribuitur locus. Cæteros in ſecundo loco ſuperare facile conceditur: ut non iniuria dixerit Varro muſas epiſtolonis ſententia Plautino ſermone loquuturas fuiſſe ſi latine loqui uellent: cui etiam accedere uidetur Quintilianus aſtipulari Aulus gelius quando quidem Plautum Romani eloquii delicias appellauit. Macrobius quoq; cum animaduerto inquit duos quos eloquentiſſimos antiqua ætas tulit Comicũ Plautũ: & oratorem Tulium in iocoꝝ uenuſtate aliis præcelluiſſe. Plautus & enim ea re clarus fuit: ut Comœdiæ quæ poſt mortem eius incertæ ferebantur de iocorum copia dicendiq; uenuſtate plautinæ notæ fuerint: ac de Plauto hactenus. Iaꝫ de Comœdia paucula colligamus.

¶ De Comœdia.

COmœdiam igitur Ariſtotelis ſententia megarẽſes ſibi aſciuerunt illic ſiquidem erat poeta epicarmus & phormis. Principium nãq; ex ſicilia uenit ſicut apud athenienſes crates primus incepit. Alii in peloponneſſo argumentum a nomine capiendo comas ſiquidẽ uocari aiunt ab illis colonos: unde & comœdia. Alii comœdiã a comeſſando: ideſt epulando. Athenienſes autem ſuam eſſe uolunt & a uicis appellatam: comas enim illi uicos uocant: Inde etiam ſumunt argumentũ peloponnẽſes quod drãmata eiuſmodi dicantur fabulamenta: quoniã quod ipſi dran: ideſt facere dicant athenienſes non dran: ſed pratin. Comœdia inquit Ariſtoteles eſt improborũ imitatio nõ per omne uitiũ: ſed turpitudinis pars ridicula. Ridiculũ nãq; eſt delictum quoddã atq; turpitudo doloris expres uelut ridicula facies turpe quiddã citra dolorẽ. Tradũt alii comœdiæ Tragœdiæ ſatyræ & mimorum initiũ a ruſticanis hominibus apud atheniẽſes diuitũ cõquerẽtibus iniurias: & primo uerſus confinxiſſe ſuſſarionẽ: & inde conſecutos qui priſcam ſcripſere comœdiam: de quibus Horatius. Eupolis atq; cratinus ariſtophaneſq; poetæ. Atq; alii quorum Comœdia priſca uirorum eſt. Secundo tẽpore ſucceſſit mitior comœdia: ut menandri: & philemonis ita aliorum. Alii a diuinis rebus principiũ fuiſſe putauerunt. Quẽadmodũ & tragœdiæ quibus pro fructibus collectis operãtes uota ſoluerent antiqui. Nã ſuccenſis altaribus & admoto hirco id genus carminis ſacer chorus Baccho reddebat: unde & Horatius. Vilem certauit ob hircũ. Inde tragœdiam dici uoluerũt απο του τραγου hoc eſt ab hirco: uel quod hirco donarentur: uel quod hirci uter muſto plenus ſolẽne præmiũ cantoribus foret. Vñ & Horatius. Vnctos ſaluere ꝑ utres. Alii aũt tragœdiã dictã putãt qđ tryga fœcẽ græci uocãt: ſiqdẽ ante ꝑſonas ab æſchylo inuẽtas fœce ora inqnabãt. Inde Horatius. Ignotũ tragicæ genus inueniſſe camœnæ. Dicit̃ & plauſtris uexiſſe poemata theſpis. Quæ canerent agerentq; puncti fœcibus ora. Poſt hũc ꝑſonæ pallæq; reptor honeſtæ. Eſchylus & modicis inſtrauit pulpita tignis. Edocuit magnũq; loq nitiq; cothurno. Succeſſit uetus his comœdia nõ ſine multa laude ſed i uitiũ libertas excidit & uim. Digna lege regi lex ẽ accepta choruſq;. Turpiter obticuit ſublato iure nocẽdi. Theſphin qdem primũ ſcripſiſſe tragœdias multi tradiderunt: ſed Plato in minoe ante theſphin fuiſſe tradit Tragœdias. Satyras ſcripſerunt græci carmine iambico fabulas: quas a ſatyris: ideſt ruſticis illotis atq; petulantibus nominarunt: unde & Horatius. Mox etiam agreſtes ſatyros nudauit: & aſper Incolumi grauitate iocum temptauit: eo quod. Illecebris erat: & grata nouitate morandus. Spectator functuſq; ſacris & potus & exlex. Verum ita riſores ita commendare dicaces. Conueniet ſatyros ita uertere ſeria ludo. Ne quicunq; deus quicunq; adhibebitur heros. Regali conſpectus in auro nuper & oſtro. Migret in obſcuras humili ſermone tabernas. Aliter apud latinos Lucilius quem ſecuti Horatius Perſius Iuuenalis: ſicut & a comœdia aliam quoq; ſecuti rationem. unde Horatius. Nil intemptatum noſtri loquere poetæ. Nec minimum meruere decus ueſtigia græca.

ſtigia græca. Auſi deſerere:& celebrare domeſtica facta. Vel qui prætextas:uel qui docuere togatas. Nam prætextas a prætexta ueſte nobilium:quod nobiles perſonæ inducerentur:ſicut togatas a toga ignobilium & romanorũ:quoniam paliata a tegmine græcorum palio:quæ a græcis in latinum conuerſa eſſet nominata eſt. Veluti tabernaria a tabernis: id eſt uiliſſimis hominibus ubi ſermones quoq; uiles:ut paulo ante per Horatium oſtenſum eſt. Atelanæ autẽ dictæ ab atella oſcorum ciuitate imunda:ſicut plani pedes quod in plano orcheſtræ agerentur. Rinthonicæ ab actoris nomine. Latinæ quidem fabulæ a Liuio andronico primũ cœptæ inde ab aliis celebratæ apud Romanos quo ſere tempore camillus uita functus eſt peſtilentia exurgente cum uis morbi nec humanis conſiliis nec ope diuina inquit Liuius leuaretur uictis ſuperſtitione animis. Ludi quoq; ſcænici noua res bellicoſo populo. nam circi modo ſpectaculum fuerat. Inter alia cæleſtis iræ placamina inſtituti dicuntur. Cæterum parua quoq;:ut ferme principia oĩa & ea ipſa peregrina res fuit ſine carmine ullo:ſine imitandorũ carminum actu. Ludiones ex hetruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes haud indecoros motus more thuſco dabant. Imitati deinde eos iuuentus ſimul inconditis inter ſe iocularia fundentes uerſibus cœpere:nec abſoni a uoce motus erant. Accepta itaq; res ſæpiuſq; uſurpando excitata uernaculis artificibus quia hiſter thuſco uerbo Ludio uocabatur nomen hiſtrionibus inditum:qui non ſicut ante feſcẽnino uerſu ſimilem incompoſitum temere ac rudeʒ alternis iaciebant:ſed impletas modis ſatyras deſcripto iam ad tibicinem cantu:motuq; congruenti peragebant. Liuius poſt aliquot annos qui ab ſatyris auſus eſt primus argumento fabulam facere:idem ſcilicet id quod omnes tum erant ſuorum carminum actor dicitur. cũ ſæpius reuocatus uocem obtudiſſet uenia petita puerum ad canendum ante tibicinem cũ ſtatuiſſet canticum egiſſe. Aliquãto magis uigente motu:quia nihil uocis uſus impediebat inde ad manum cantari hiſtrionibus cæptum. diuerbiaq; tantũ ipſorum uoci relicta. poſtquã lege hac fabularum ab riſu: ac ſoluto ioco res auocabatur:& ludus in artem paulatim uerterat. Iuuentus hiſtrionibus fabellarum actu relicto ipſa interſe more antiquo ridicula intexta uerſibus iactitare cœpit:unde exhodia quæ exordia poſtea appellata:cõfertaq; fabellis potiſſimum atellanis ſunt. Quod genus ludorũ ab oſcis acceptum tenuit iuuentus:nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. eo inſtitutum manet:ut actores attellanarũ:nec tribu moueantur:& ſtipendia tanquã expertes artis ludicræ faciant inter aliarum parua principia rerum: Ludorum quoq; prima origo ponenda uiſa eſt:ut appareret quã ab ſano initio res in hanc uix opulentis regnis tolerabileʒ inſaniam uenerit. Comœdiarum aliæ motoriæ:aliæ ſtatariæ. Mixtæ aliæ dictæ ſunt. Motoriæ quidem turbulentæ. Statariæ quietiores. Mixtæ ex utroq; conſiſtentes. Comœdiæ partes:ut quidam ſcripſere hæ quattuor. Prologus. Prothaſis. Epitaſis. Cataſtrophe. Prologus eſt præfatio. Prothaſis primus actus:Epitaſis incrementũ proceſſuſq; tubarum. Cataſtrophe conuerſio rerum ad iucundos exitus. Dionyſius autem & crates & euclides aliis has partes nominauere appellationibus. Primam quidem prologum dicentes: ſed ſecundam melos chori. Tertiam epiſodium. Quartam exodum. Agebantur comœdiæ tibiis paribus aut imparibus:& dextris:aut ſiniſtris. Dextræ ſua grauitate ſeria indicabãt. Siniſtræ acuminis lenitate iocum in comœdia arguebant. In dextra & ſiniſtra mixtum iocum & grauitates indicabant. Quæ a principio humilis apud romanos poſtea ſuperbior. Horatius. Tibia non ut nunc orichalco iuncta tubæq;. Emula:ſed tenuis ſimplexq; foramine pauco. Aſpirare & adeſſe choris erat utilis. Deinde mox ſubiungit. Sic priſcæ motumq; & luxuriam addidit arti. Tibicen traxitq; uagus per pulpita ueſtem: hoc eſt ſyrma: ut in tragœdiis. Membra comœdiarum tria ſunt quibus priſcæ tenebantur. Diuerbium:Canticum: chorus. Perſonæ diuerbiorum aut duæ:aut tres: Aut raro quattuor:ideo ait Horatius. Nec quarta loqui perſona laboret. Nam ultra augere numerum non licet. In canticis una tantum debet eſſe perſona. Aut ſi duæ fuerint ita eſſe debent: ut ex occulto una audiat nec loquatur niſi ſecum. In choris non eſt perſonarum numerus definitus. Comicis ſenibus a ſoraco per ædiles candidus ueſtitus attribuebatur:quod is antiquiſſimus fuiſſe memoretur. Adoleſcentulis Diſcolor. Serui comici amictu exiguo contegebantur paupertatẽ præſe ferendo antiquã: Aut quo forent expeditiores. Paraſiti cuʒ intortis palliis ob collum ueniebant. Læto ueſtitus candidus. Aerumnoſo obletus. Purpureus diuiti. Pauperi phœniceus dabatur. Militi chlamis purpurea. Puellæ habitus peregrinus. Lenoni uarii coloris palliũ. Meretrici ob auariciã luteus amictus. Atq; hæc de comœdia in præſentia ſatis. Nunc de carmine iambico pauca ſubiiciemus.

CArmen iambicum polyſtephanus nomẽ habuiſſe exiſtimat ab iambe ancilla metæira hippothoontis uxore quæ cum uidiſſet popularem quandam alias iocularem triſtatam mulierem ioculares quoſdam & ridiculos de ipſa compoſuit uerſus a qua inquit carmen iambeum. Alii putant ab iambizo quod eſt conuitior dictum iambum. Verum uerbum ipſum iambizo potius nomen ab iambo uidetur habuiſſe. Ferunt alii carmen iambicum ab archilocho originem habuiſſe. Horatius. Archilochum proprio rabies armauit iambo. Hunc ſocci cœpere pedem grandeſq; cothurni. Alternis aptum ſermonibus & populares. Vincentem ſtrepitus:& natũ rebus agẽdis. Ariſtoteles tamẽ exſtimat inuentum quod plus cæteris pedibus ſermonibus cõgruat omnibus quãdo quidem loquẽdo etiam imprudenter in iambicum incidamus metrum:ſed iambicum metrum multiplex. Monometrũ quod duobus pedibus cõſtat. Dimetrũ quaternis. Trimetrũ ſenis. Tetrametrũ octonis. Pentametrũ denis. Hexametrũ duodenis. Et aliud metrum eſt acatalecticũ nempe integrum catalecticum cui deeſt. Barchycatalectũ ubi ſyllaba uel tempus deeſt. Hipercatalectũ ubi ſupereſt uel ſyllaba uel pes dimidius:his utuntur comici omnibus generibus. Vtuntur & alii. Recipit hoc metrũ imprimis iambũ in locis paribus ſicut ꝑ reſolutionẽ longæ in duas breues ibidem tribrachũ. Locis uero imparibus ad tardandam iambi celeritatem recipit ſpondeum. Horatius. Syllaba longa breui ſubiecta uocatur iambus. Pes citus:unde etiam trimetris accreſcere iuſſit. Nomen iambeis:cum ſenos redderet ictus. Primus de extremum ſimilis ſibi: non ita pridem. Tardior ut paulo grauiorq; ueniret ad aures. Spondeos ſtabiles in iura paterna recepit. Commodus & patiens non ut de ſede ſecunda. Cederet aut qnarta ſocialiter hic & in acti.

Nobilibus trimetris apparet rarus & enni. Per reſolutionem igitur primæ ſpondei ſyllabæ recipit ibidem etiam ana/
peſtum. Per reſolutionem ſecũdæ dactylum. Per reſolutionem utriuſq; proceleuſmaticum. In fine uero pp indifferẽ
tem ſyllabam ultimã: etiam pyrrhichium: ut omnino recipiat iambum tribrachum. pyrrhichium. Spondeum. Da/
ctylum. Anapeſtum. Proceleuſmaticum: qui in aliis ſedibus q̃ quas diximus locant non ex arte locuntur: ut terẽtia/
nus de iambico. Sed qui pedeſtris fabulas ſocco præmunt: ut quæ locuntur ſumpta de uita putes. Vitiant iambum
tractibus ſpondaicis. Et in ſecundo: & in cæteris æque locis. Fidemq; fictis dum procurant fabulis. In metra peccant
arte: non inſcitia. Ne ſint ſonora uerba cõſuetudinis. Paulumq; rurſus a ſolutis differãt. Magis iſta noſtri. nã fere græ
cis tenax. Cura eſt iambi uel nouellis comicis. Vel qui in uetuſta prælucent comœdia. Comici tamẽ noſtri trochaicis
quãdoq; utuntur & crebris ſynalœphis & epiſynalœphis & colliſionibus. Teren. plus omnibus in ꝓlogis trime/
tris ſemper: ut Plautus ubiq; obſeruaſſe perſpici poteſt. Tetrametris autem alibi ſicut & pentametris & hexametris.
Miſcentur tetrametri cum dimetris brachycatalectis: ut in prima ſcæna Plautus in amphytrione cũ uſus fuiſſet tetra/
metro. Qui me alter eſt audacior homo: Aut qui cõfidentior. Tetrametrum eſt. Iuuentutis mores qui ſciam qui hoc
noctis ſolus ambulem tetrametrum. Mos dimetro brachycatalecto uſus. Ita peregre aduenĩens & ſimiliter. Qui hoc
noctis a portu. Dimetris. quoq; catalecticis nempe quibus una deeſt ſyllaba. Vt igratis excitauit. Vel Dimetris hiper/
catalecticis quibus una ſupereſt ſyllaba: ut ibidem. Hoſpitio publicitus accipiar. Vtitur & monometro. ut in truculẽ/
to. Peſſima mane. Et rurſus. Optime odio es. ac de metro iambico hæc ſatis: quilibet enim reliqua per ſe poterit per/
ſpicere. Nunc amphitryonis argumentum paucis attingamus.


ELius & meſtor fuere fratres. meſtoris & lyſidices Pelopis filiæ hippothoe filia: ut appollonii rhodii tradit
interpres. Strabo quoq; & alii multi. Ex qua & neptuno fuere taphus: & telebas q echinadibus inſulis ĩpi/
tarunt: unde teleboæ & taphi ſunt populi appellati. Taphiis filius fuit pterelas: hunc neptunus inuictũ fe/
cit: ut quãdiu quẽ in uertice aureũ dederat capillũ hẽret incolumẽ. Tãdiu foret inſupabilis. huius filia fuit
comœtho: mares chromius: tyrãnus ãpolus. Cherſidamas: meſtor euheres. Vt uero qdã tradiderũt. Antioch⁹: Chiro
damas: tyrãnus. Telebas Taphus: chromius. Electryon uero cũ uxore alexo mycenẽſib⁹ imperabat: quoꝝ filia Alc/
mena filii ſtratobates. Gorgophonus: Philonomus: Celæneus. & lycimnius nothus: quẽ ex medea phrygaica ſuſce/
perat cũ ex phrygia mycenas ad electrionẽ ſe recepiſſet. Teleboe igiť mycenẽſiũ affectãtes ĩperiũ plerũq; cũ ipſis ĩ cer/
tamẽ deſcẽderãt. Proinde fuit cũ pterelæ filii mycenẽſes ex ĩprouiſo agrederenť: & electryõis filios occiderẽt incõpo
ſitos pariterq; occiderenť boueſq; abigerẽt oẽs: & eã oẽm regionẽ diriperẽt. Et pinde cũ in eo cõgreſſu pterelæ filii
pter euherẽ oẽs. Electryonis aũt pter lycimniũ oẽs ĩterfeciſti eſſent. Taphii q̃ rapuerãt apud polyxenũ helien ſiũ regẽ
depoſuerũt. Electryon ĩdignatus ꝓmulgauit Alcmenẽ uxorẽ pariter: & regnũ ſe ei traditurꝫ q has ulciſcereť iniurias.
Amphitryo itaq; thebis q tum ſub creonte rege thebanoꝝ clariſſimus in re bellica habebať delectus eſt exercitus ĩpera
tor aduerſũ teleboas. Vt ob eã expeditionẽ ei Alcmena deſpondereť a polyxeno p̃dã accipiẽs mycenas adduxit. Inter
adducẽdũ cũ forte bos una a toto grege aberraret in ipſam amphitryo clauã iaculatus ipſum occidit electryonẽ. Sthe
nelus aũt ex mycenis amphitryonẽ pſecutus eſt myceniſq; & tirynthi ĩperauit. Amphitrio aũt a creonte q thebanis
imperabat cædis habuit piaculũ: qui purgatus cũ creonte & cephalo: nec nõ panopeo: ut lycophron uoluit. Cõtra
taphios & teleboas ꝓfectus eſt. Is añquã in teleboas duceret exercitũ alcmenã grauidã fecit. Abſente amphitryõe iup
piter in amphitryonis formã ĩmutatus comite mercurio: q faciẽ ſoſiæ gerebat ãphitryonis munere pfunctus ẽ: noxq;
facta longior: q pariter grauidã fecit. Interim pterelæ filia comœtho amphitryonis: ut qdã phibent: Velut alii amo/
re capta cephali amphitryonis ſocii ex patrio capite aureũ crinẽ amputauit ac dedit: ut tradũt alii amphitryoni: ut alii
cephalo. Potitus ergo uictoria amphitryo rege pterela obtrũcato eius aurea patera donatus eſt: olim cariſſima ptere/
læ eas inſulas ãphitryo tradidit cephalo: quas habitãs a ſuo noĩe cephalenas noĩauit. Tradunt tñ qdã ut aſclepiades
qđ añquã in taphios & teleboas ducerẽt exercitũ iuraſſe oẽs marti & palladi ſe p̃dæ magnã ptem tradituros. Solus
panopeus iuſiurãdũ p̃teriens ſpolia occultauit: ob hoc filiũ habuit epeũ: q ligneũ equũ extruxit: quo troia capta ẽ. Ex
alcumena igiť nati hercules cõpræſſu iouis: & iphicles ãphitryonis. Iphiclis fili⁹ fuit iolaus: quo auriga uſus hercules
aduerſus cygnũ rapientẽ munera q̃ pythio appollini offerẽda deportabanť. Cygnũ igitur occidit & ut heſiodus tra
dit Martis filio ſuccurrẽtis femur traiecit. Mars in trachina ad ceyca uulneratus ſe cõtulit: erat. n. cygnus ſocer ceycis
de filia themiſthonohe. Præmiſit igiť amphitryo domũ ſeruũ ſoſiã q Alcmenã cõmoneret eoꝝ q̃ geſta forẽt. is ꝓ/
foribus mercuriũ formã ſoſiæ gerentis cõperit: a quo abactus eſt: qui reuerſus ad amphytrionẽ quæ uidiſſet memo/
rauit. mentitũ ratus amphitryo domũ repetens ab alcmena iurgio exceptus eſt. Illo abeũte iuppiter in antiquã reſti/
tuit cõcordiam in faciem mutatus amphitryonis. Rurſus redit amphitryo blepharone arbitro uter eſſet amphitryo
nequeunte decernere. Res dubia relicta eſt. Rapiunt ergo ſe pro mœchis iuppiter & Amphitryo. Interim tonitru ae/
re concuſſo concidit amphitryo. Alcmena parturit Herculem iouis filium: & iphiclum amphitryonis: quod nõ eſſe
fabuloſum arguit Ariſtoteles quippe qui eo teſtimonio uſus eſt in libris de animalibus: ut oſtendat diuerſis tempo/
ribus plures concipi poſſe. Deniq; amphitryo gauiſus eſt re intellecta quando quidem cum ioue ſuam rem cõmunẽ
habuerat ioue pollicente pro ipſo omnia ſe facturum.

ℭ Nominum etymologiæ

NOminũ interpraetationes quæ in hac inducuntur comœdia ſunt quorum primus iuppiter qui cũcta dici/
tur continere: ut Valerii ſorani uerſus quos Varro adducit oſtendunt. Iuppiter omnipotens regum rerũq;
deumq;. Progenitor genitrixq; deum deus unus & omnes. Qui exponuntur cum marem exiſtimarent qui
ſæmen mitteretur fœminam quæ acciperet iouẽ eſſe mundum eum omnia ſæmina ex ſe mittere: & in ſe recipere fuit

cauſa cur

cauſa cur ita ſoranus loqueretur:cui ſententiæ Ariſtoteles quoq; aſtipulatus inquit in libro de mundo. Cum autem
ſit unus multimodus eſt nominatus ab omnibus paſſionibus quas innouat ipſe:uocamus enim eum iouem & ζηνα
& αζην:dicentes ideſt uiuere ac ſi diceremus per quem uiuimus. Dicitur autem ſaturi filius quaſi χρονου:ideſt tem
poris cum ab æterno proceſſerit abſq; fine in alia ſæcula:nec non aſtrapæus:& bronteus:& ætherius:& æthuius ce/
raunius. & hyectius ab aſtrape q̄ eſt coruſcatio & bronte qđ eſt tonitru & æthra ſerenitas & ceraunos qđ ē fulgur:&
hyectos qđ ē pluuia. Porro uelut aiūt poetæ ſoter. & eleuterius & ad ſūmā loquēdo cæleſtis & terreſtris appellādus a
qualibet natura & fortuna uelut ens ipſe omnium cauſa pp quod nō male dicitur in orphaicis. ζευσ πρω τοσ γε
νετο ζευσ υπατοσ αρχιγενεθλοσ ζευσ κεφαλη ζευσ μεσα. διοσ δεκπαντα τε τυκται. ζευσ πυθ/
μην γαιησ τε και ουρανου αστεροεντοσ ζευσ αρσην γενετο. ζευσ αμβροτοσ επλετο νυμφη. ζευσ
ορμη πυροσ ακαματου. ζευσ πνοιη παντων ζευσ ποντοσ. γαια. ζευσ ηλιοσ ηδε σεληνη. ζευσ βα/
σιλευσ. ζευσ αρχη παντων ηδε τελευτη παντα γαρ εγκρυπτων αυθισ φαοσ εσπολυγηθεσ. εξ ιε
ρησ κραδιησ αναενεγματο μερμερα ρεζων. Cicero tamē ubi de natura deorum ſcribit ioues plures inquit in
priſcis græcorum litteris inuenimus:necnon plures Hercules ſtatim ibidem ſubiungēdo. Ex eo igitur & liſito eſt is
Hercules quem certaſſe cum apolline de Tripode accepimus alter traditur nilo natus ægyptius: quē aiunt phrygias
litteras conſcripſiſſe. Tertius eſt ex ideis indigetis cui inferias afferūt. Quartus eſt iouis & aſteriæ ſororis Latonæ quē
tyrii maxime colūt:cuius carthaginem filiā fertur. Quintus indis qui bellus dicitur. Sextus hic ex alcumena quē iup/
piter genuit. Idem quoq; Cicer. in eodem Mercurios quinq; fuiſſe memorat. Mercurius unus cælo patre natus dia
matre:cuius obſcenis excitata natura creditur ꝙ aſpectu proſerpinæ ſit cōmotus. Alter ualentis & foronidis filius:is
qui ſub terris haberetur. Idem triphonius. Tertius ex ioue tertio natus & maia ex quo & penelopa natū ferūt. Quar/
tus nilo patre quē ægyptii nephas appellare habēt. Quintus quē colunt fenate qui dicitur argum intereniſſe ob eāq;
cauſam ægypto præfuiſſe:atq; ægyptiis leges & litteras tradidiſſe: huuc ægyptii tenem appellant: eodemq; nomine
anni primus menſis apud eos uocatur. Macrobius in ſaturnalibus multis exemplis ſtudet comprobare iouem ſolem
eſſe:quia ad binos deos fere omnes redigit. Verum ut numina multis ſunt multa appellata uocabulis: ita iouem lati/
ni modo uictorem:ut inquit Varro ac diuus Auguſtinus:mō uictū mō opitulū:mō impulſorem:mō ſtatorem:mo/
do centum pedum:& ſupinalem:& tigillū:& ruminū:& adhuc aliis latini nominauere uocabulis: græci autem dia
iouē dixerunt. Vnde & ſub dio:ideſt ſub ære. Vnde & Horatius. Manet ſub ioue frigido uenator. Nominauere nun
quaſi mentem:unde & eius ac mnemoſines. i. memoriæ dicuntur filiæ muſæ:ut latini a iuuando iouem dixerūt. Di
citur etiam a græcis his omnibus nominibus hiceſius. hepheſtius:hortius. Dodonæus. Idæus. Hertius:polieus:hetæ
rius. Cæneus. Milichius. Ceraunius. Aegiuchus:epius. piius. Xenius:ſoterius. Ancylometes. Piſæus. Mæſtor. Phyxi⁹.
Celænephes:catæbates. beleus. Phytalmius. Elutheri⁹. egridupus. Patrous. homognius. Cteſius. Buliæus. Tropæu/
chus:alaſtor. Palamnæus anxurus quaſi αξυρασ. quod eſt ſine nouacula quia barbam nunquā raſiſſet. Mercu/
rius autem ut quidam putant a mercimoniis quibus preæſt:ut uero diuus Auguſtinus putat quaſi medius currens
quod medius ſit inter homines ſermo. a græcis modo hermes dictus modo lygius:modo argiphontes: modo no/
mius:modo Cylenius:modo eriunius. Aliquando ſocus. Quandoq; cerdous necnō chryſorrhapis & diactorus &
acocetus. Deorum nuntius:ideo pedibus habet talaria. Dictus etiam pſycopompus cum animas agit ad inferna: &
agoræus & empoleus:effingitur autem ſine manibus & ſine pedib⁹ figuræq; quadratæ ſurrecta habens uirilia. quæ
omnia ad oraionem referuntur. Ac ut in cælo ſtellā iouis phænon appellatur:ita & mercurii ſtilbon. i. radians. Cum
tñ Ariſtoteles dixerit hærentes cælo ſtellas ab lōginquitatem radiare. Cum ergo mercurius propinquiſſimus radiet
neutiquā recte dixit Ariſtoteles. Is peribetur lyram primus inueniſſe chordarum ſeptem ob ſeptē planetarum ratio/
nem:eius filia a poetis fuiſſe palæſtra peribetur. ¶ Alcmena:ut græce αλκμηνη αποτησ αλκησ. ideſt a robore:
quoniā mulier multum præ ſe tulerit animi conſtantiæ ad uiros proxime accedēs. ¶ Amphithryo. ab αμφι:quod
ualet circum & τρυζω gemo:uel τρυχω:ideſt uexo. quoniā hæc incurrit. ¶ Blepharo. Dictus blepharo qđ non ſa
tis diſcerneret uter eſſet amphitryo:quaſi ob ciliorum magnitudinem parum uidens:nam blæphara dicuntur cilia.
¶ Soſias. a ſoſo. ideſt cōſeruo & cuſtodio:utpote ſeruus quem domus conſeruatorem eſſe oporteat. ¶ Bromia an/
cilla. Bromia uidetur dicta quaſi bacchans. nam bromius bacchus dictus αποτου βρεμειν. i. a fremendo.


COLISEVS SI VE THEATRVM

Plauti Comici clariſſ. Amphitryo.

ARGVMENTVM.

IN faciē uorſus Amphitryonis Iupiter,
Dū bellū gereret cū Teleboiſ hoſtibus,
Alcumenam uxorem cœpit uſurariam
Mercurius formam ſoſiæ ſerui gerit
Abſentis: his alcumena decipitur dolis:
Poſtq̄ rediere ueri Amphitryo & ſoſia
Vterq; deludūtur dolis miꝛ in modū.
Hinc iurgium: tumultus uxori & uiro
Donec cū tonitru uoce miſſa ex æthere
Adulterum ſe Iupiter confeſſus eſt.

BERN. SARA. VENE.

IN FACIEM VORSVS. Hoc tangit Diodorus in quinto de Ioue & Alcmena locutus his uerbis: Itaq; uolēs ui Alcmena aggredi: neq; fidens poſſe illi coitum ob eius pudicitiam perſuadere: dolo mulierem agreſſus eſt amphitryonis forma aſſumpta: eſt facies, oris ſpecies, & totius corporis forma: Saluſtius in Catili. prorſus i facie, uultuq; uæcordia inerat. Aſconius Pedianus figura eſt circa geſtum ſitumq; membroꝝ: ſtatus circa ornatum & habitum ueſtium inſigniū & armoꝝ: facies q̄ſi ſtatura totius corpis: id qd aſſerit Noniꝰ Marcellus & Gelius: Iupiter à iuuādo dictus: eſt nāq; ut phibēt aſtronomi ſydus bnficū: multū fauēs mortalibus: ut latius Cice. i. lib. de natura deoꝝ: Seruiꝰ quoq; cū Iupiter p igne ponat nulla res ſic fouet oīa quēadmodū calor: & Iupiter p aere: ut apud Horatiū manet ſub Ioue frigido: & deniq; p q̄cūq; re: ut apud Macro. & atteſtat Ariſto. in lib. de mūdo orpheo aſtipulatꝰ. ¶ Bellū: notū ē differre bellū & pliū: ut ani q̄dā hoſtilitas bellū dicat: cū aūt manus cōſerit pliū. ¶ Hoſtibꝰ: quos nūc hoſtes dicimꝰ: ueteres pduelles dixerūt: hoſtes nāq; uocabāt pegrios. ¶ Vxorem: ab ungēdo dictæ ſunt uxores q̄ſi unxores: ex ueteri nāq; iſtituto nouæ nuptæ mariti domū adeūtes axūgia poſtes inūgebāt: teſtat Ennius & memorat id quoq; Dōatꝰ ita ueteꝝ fuit uana religio: ut opinarent pp unctionē huiuſmodi mala à domibꝰ amoueri oīa: id qd ēt Pliniꝰ cōmemorat nouas. ſ. nuptas lupino adipe poſtes inūgere ſolitas ne qd mali medicamēti iferret: nec minus cōſuetudo fuerat ut cū in matrimoniū nouæ nuptæ darent: ignē & aquā iubebant attigere. Cuius rei cāꝫ q̄rit Plutar. i lib. pblematon ſtatī i ipſo opis pricipio. ¶ Vſurariā: dicimꝰ rē uſurariā ex q̄ capit uſus: ut hoc loco: & uſurariꝰ eſt q rei capit uſū: ut tradit ab Vlpiano. ¶ Formā ſoſiæ: recte formā dixit q̄ aīantibꝰ tribuit: nā de inaīatis figura dr ut de circulo trigono: cylīdro. ¶ Mercuriꝰ: q̄ſi medius currēs ꝗ. ſ. currat medius ſermo i mercimōiis: nā qa mercibꝰ peſt Mercuriꝰ dictꝰ: ut Feſtus & Strabo Iouis ex Maia Atlātis filius: à græcis hermes: nā ē deoꝝ iterps. Quiq; fuiſſe Mercurios tradit Cicero atq; Lactātius. Quītus q ægiptiis impauit Triſmegiſtus appellatꝰ. Dr ēt fuiſſe Mercuriꝰ eloq̄ntiæ ac paleſtræ repertor qd tāgit Horatiꝰ Mercuri facūde nepos athlātis: quē piter appellat deoꝝ nūciū: iō dictꝰ ē Camillus lingua Hetruſca q miniſter interptat: eſt. n. ipe deoꝝ miniſter ut ē apud Seruiū i. xi. æneidos. Miniſtros ſiqdē & miniſtras Camillos & Camillas i ſacris uocabāt: lꝫ Feſt. Camillū dicat pueꝝ ingenuū uocaſſe ueteres. Plura de Mercurio adduci poſſent: q cōſulto omitto: ē eiꝰ corpus minimū cūctoꝝ ſydeꝝ: māetq; ferè ſp ſub radiis ſolaribꝰ à qbꝰ nō recedit lōgiꝰ q̄ uigiti & tres gradus: Iō ab aſtronomis uocat ſtilbō qd ē radians: Iccirco Virg. Mercurio dat crines flauos. Nā ut inquit Seruiꝰ & flauus & puſtꝰ fingit qa nimis ē uicinꝰ ſoli pter cæteras ſtellas. ¶ Dolis: dolus græce: latīe malicia: & dr bonus & malus dolus ut bōa & mala malicia: ut ipſe i Aulularia oñdit: & apud iuriſcōſultos ē de dolo malo: qd nō diceret niſi eēt & bonꝰ. ¶ Tumultꝰ: q̄ntilianꝰ. Quid. n. alid tumultꝰ niſi pturbatō tāta: ut maior tior oriat: uñ nomē dcm̄ ē tumultꝰ: idq; mutuat a Cic. ¶ Cū to. tonitrus maſculino ut Statiꝰ tonitrus agis & mea fulmina torq̄s: & tonitru & tonitrū dr teſte Priſciano: tonitrua & turbines dixit Actius: & tonitribus templum toneſcit dixit Varro.

Amphi. tryo. Iupiter. Bellum. Tele boæ. Vſura. Vſurariꝰ. Dolus. Tumultus. Tonitus Tonitru Tonitruum.

¶ ARGVMENTVM.

IN faciē uorſus. Argumētū comœdiæ trimetro expſſuꝫ iābico ē: ut ferè fieri ſolet. Figura inq̄t Aſconiꝰ eſt circa geſtū ſitūq; mēbroꝝ. Statꝰ circa ornatū & hituꝫ: ueſtis iſigniū & armoꝝ facies q̄ſi factura totiꝰ corpis hinc facere qd rei quā facit iponit faciē: huic accedit ſniæ tā Aulus in noctibꝰ aticis quā Noniꝰ Marcellus. Diuus aūt Auguſtinus. In q̄ inq̄t ſunt formæ & figuræ: ſed figuræ inaīalibꝰ. formæ aīalibꝰ tribuunt. Figuras. n. tū deſignamꝰ cū uel trigonū: uel tetragonū: uel conū: uel cylindrū: uel ſphærā dicimꝰ. Formas aūt cū formoſos aſſerimus aliquos uel deformes. ¶ Dū bellū gereret. pprie bellū geri dr Varrōis ſnia ſicut & certamē iniri. Nā gerere ſuſtinere ē. Bellū tps oē quo uel parat aliqd pugnæ neceſſariū: uel quo pugna gerit: pliū dr cōflictꝰ ipſe belloꝝ. ¶ Cū teleboīs. Strabo i decīo. Nō dubitauer plæriq; cephaleniā eādē & dulychiū appellar & taphū. Alii & taphios cephalenios eoſdē dixere teleboas & aduerſus illos āphitryonē exercitū ductaſſe aſſūpto ſocio deionei filio cephalo ex athenis pfugo. Inſula dehīc āphitryonē potitū eā cephalo tradidiſſe ab illoq; nomē habuiſſe iſulā. Demetriꝰ āt Phalerius teleboā fluuiū noīat ubi de elocutiōe ingens ωσιο ȝενοφων φησιν οτι αφικον το οι ελληνεσ επι τον τηλεβοαν ποταμον. Sāe ut Aſclepiades iq̄t myrleanus taphos echinadū iſula una ē: quā teleboę habitarūt q priꝰ acarnaniā icoluere pdones nobiliſſimi q argos uſq; penetrātes electryōis alcmenæ pr̄is boues abſtulerūt electryonē & filios eiꝰ q obſtiterāt cōciderūt. alcmena aūt pnūciauit pconio ſe ei nupturā qui pr̄iam ulciſceret cædē. Vltus āphitryo alcmenā duxit uxorē. At Herodotus. pſei inq̄t & ādromedæ q̄ttuor fuer filii. Alcæus cuiꝰ filius āphitryo. Sthenelus meſtor & electryō. mortuo āt pſeo cōiter hi regnū adminiſtrabāt. meſtoris filia fuit hippothohe: Cuiꝰ & neptūi filiꝰ pterelas. Pterelæ filii teleboas & taphus: à tapho igit iſula dicta taphos q̄ echinadū una, ab utriuſq; taphii & teleboæ

VALLa.

qui iſulã icolebãt filii itaq; pterelæ electryonẽ adeũtes mr̃is ſuæ hippothohes ſibi popoſcere pecunias: ſe datũꝝ negauit: ira icẽſi teleboæ ipm ac filios occiderũt ac boues abduxerũt: aut igit̃ a teleboo pterelæ filio uocitati pteleboæ: aut qa telo abigo ſignificat. ¶ Alcmenam. ut græce αλκμηνη. qñque poſt. c. ut Priſcianus ẽt in p̃rio de octo partibus orõnis u ſubiiciunt litterã: ita & plautus, put uerſus exigit. ¶ Cœpit uſurariã. Vſurã dicim⁹ unde uſum capim⁹. Cicero p publio ſylla. Lucis hẽ hãc uſurã eripe uis plenã lachrymaꝝ atq; mœroris in q̃ cũ maxĩo cruciatu atq; dolore retineret. Paulus de uerboꝝ ſignificatõe. uſura inqt pecuniæ: quã pcipim⁹ in fructu nõ eſt: q nõ eſt ex ipſo corpe: ſed ex alia cã eſt. i. ex noua obligatõe. Vſurari⁹ uero tã q uſu; capit actiue: quã de quo uſus capitur paſſiue: ut multa noĩa uſurpant̃. Vlpianus de uſu & hitatõe actiue uſurari⁹ inquit ius h; deãbulãdi: geſtãdi, & lignis ad uſum quottidianũ & horto & pomis & holerib⁹ & florib⁹ & aq̃ nõ his q̃ ad cõpẽdiũ ſediũ. ad uſum: nõ uſq; ad abuſũ. At plaut⁹ uſurariã uxorẽ paſſiue dixit de q̃ uſus ẽ ſũptus. ¶ Vterq; deludunt̃. Vtrunq; deludunt metrũ dici deſiderat. ¶ Hic iurgiũ. Iurgiũ & lis hãc hñt diſtãtiã: q̃d iurgiũ leuior res ẽ ſiquidẽ inter bñuolos aut ppiquos diſſenſio uel cõcertatio. Inter inimicos diſſẽſio lis appellat̃. Tul. de re publica in q̃rto. Admiror nec reꝝ ſolũ ſed ẽt uerboꝝ elegãtiã ſi iurgãt inqt bñuoloꝝ cõcertatio: nõ lis: & ĩ ſeq̃nti. Iurgare ergo lex putat ĩter ſe uicinos nõ litigare. ¶ Tumult⁹. i. pturbatio. Ci. in ãto. Quid. n. ẽ tumult⁹ niſi pturbatio tãta: ut maior timor oriat̃. Vñ ẽt nomẽ ductũ ẽ tumultus. ¶ Cũ tonitru. dr̃ tonitrus & tonitru. Priſci. oĩa. n. maſculĩa: q̃ neutra quoq; i u deſinẽtia iueniunt̃ eiuſdẽ ſunt declinatõis: ut hic tõitr⁹ hoc tonitru. hic corn⁹ hoc cornu. Dr̃ & tonitruũ ut Varro & acti⁹ q tonitrua & tonitrib⁹ ptulerũt. ¶ Ex æthere. ẽ aũt æther iquit Ariſto. in p̃rio de cœlo primũ corpus præter terrã: & ignẽ: & aerem & aquã ætheris noĩe appellatũ: locũ quẽ nouimus ſupmum ex thin æi. i. currendo ſp: ſempiterni tpi ei cognomẽtum attribuendo. Anaxagoras aũt hoc nomine non recte uſus eſt. æthera namq; ignem accipit a απο του ευθεστε. ideſt a comburendo

BERN. SARA. VENE.

AMore captus alcumenæ: hoc loco alcumenæ legaſ qa metrũ exigit: & ita ueteres locuti ſunt, teſte Priſciano: ponit̃ aliud comœdiæ argumẽtũ nõ ob aliã cã; niſi ut tm̃ nomen comœdiæ inſinuet̃ ex primis uerſuũ lr̃is argum̃ti: ut mos ẽ Plautin⁹ i reliquis oĩb⁹: & notãdũ q in metroꝝ capitib⁹ ãphitruo ſcriptum inuẽies y i u migrãte. Q m̃ duab⁹ lr̃is y & z ut Pri. teſtat̃ i græcis tm̃ & barbaris utimur dictõib⁹ & uetuſtiſſimi Autores ne quidẽ i græcis utebant̃ Cic. i orator̃ purrhũ ſp Enni⁹ nõ pyrrhũ ui pateſacerũt fruges nõ phryges ipſi⁹ ãtiqui declarãt libri: nec. n. græcã lr̃am adhibebant: hunc morẽ ut ex primis uerſuũ lr̃is aliqd cõnecteret̃ Enniũ ſeruaſſe i qbuſdã q̃ ipſe Enni⁹ fecit: teſtat̃ Cic. i ſcđo de diuiatõe: ¶ Subſeruit ha. nã opa Mercurii deſiderabat̃ ut hitũ ſoſiæ mentiret̃. ¶ Cernit: certat Virg. & cernere ferro. ¶ Fruſtra h; . i. fruſtrat̃. ¶ Turbas: cõtẽtiões &

Cernere. Turba. Turbæ. Blepharo.

¶ DEMOPHILVS.



Argumentum.

AMore captus alcumenæ Iupiter
Mutauit ſeſe in formam eius coniugis:
Pro patria amphitryo dum cernit cum hoſtibus.
Habitu mercurius ei ſubſeruit ſoſiæ,
Is aduenientis ſeruum & dominum fruſtra habet.
Turbas uxori ciet Amphitryo: atq; inuicem
Raptant pro mœchis: Blepharo captus arbiter
Vter ſit non quit Amphitryo decernere.
Omnem rem noſcunt: geminos alcumena enititur.

motus: in ſingulari turbã cũ dicimus multitudinẽ ſignificam⁹. ¶ Ciet: dicimus cieo es: iflexiõis ſcđæ. nã cit⁹ qđ & primã corripit & ſignificat puocare & q̃ſi citra mouere a quo pcit⁹ & cõcit⁹ correpta penultĩa: & cio is q̃rte & eãdẽ producit a quo accire & accit⁹. ¶ Raptant: Se iuicẽ attrahunt & conuiciantur. ¶ Blepharo. Supcilioſus homo: nã blephara dicuntur ſupercilia. ¶ Geminos: nam ex amphitryõe iphiclũ ex Ioue herculem peperit: ut iam p̃fati ſum⁹.

VALLa.

AMore capt⁹. Iterat argumẽtũ: ut ſolet Pla. ex primis uerſuũ lr̃is nom̃ docẽs comœdiæ. ¶ Alcumenæ. nũ p⁹ c. u. poſitũ uerſus exigit. ¶ Pro pa. am. Pla. tñ ãphitruo ſcribẽdũ docet: qa ut Cice. i oratore ait uetuſtiſſimi Romãi pegrĩas lr̃as nõ admittebãt: ut Enni⁹ purrꝝ nõ pyrrhũ. Phruges nõ phryges dixit. ¶ Dũ ce. cũ hoſ. i. certat. Vir. Interſe coiſſe uiros & cernere fero. Dictũ cerno uerbũ inqt Var. a creo qđ cũ qd creatũ ẽ tũc deniq; uidet̃. ¶ Fruſtra h;. fruſtrat̃. ¶ Turbas ux. turba multitudo ẽ. Turbæ ĩ plurali moleſtiæ. ¶ Blepharo. q ob cilioꝝ magnitudinẽ ita dict⁹. nã blephara dñr cilia: ut Paulo ãte i etymologiis oñdim⁹. ¶ Capt⁹ arbiter. hic arbitriũ dr̃ ſñia: q̃ ab arbitro ſtatuit̃. arbitrariũ cũ adhuc res apđ arbitꝝ gerit̃. ¶ Gemios alc. en. ſ. cũ ſua uocali. ut ſæpe comici faciũt elidit̃ ob uerſũ & ueteres docẽt grãmatici. Iu. Cũ poſſis hõeſti⁹ illic. Et Ho. Pal⁹ aptaq; rẽis. qb⁹ i locis niſi. ſ. abiiciat̃ ut corripi lõga uocalis poſſit ãtecedẽtes uerſus claudicabũt. Sãe queãdmodũ pclus tradit euphem⁹ neptũi fili⁹ & mecyões q̃ filia fuit eurotæ filiã compſſit alcmenæ & ãphitryonis laonomẽ. Vñ ſeptim⁹ decim⁹ batt⁹ coloniã deduxit in libyam.

¶ Vt uos in



¶Prologus. ¶Mercurius.

VT uos in uoſtris uoltis mercemoniis
Emundis: uendundiſq; me lætum lucris
Afficere: atq; adiuuare in rebus omnibus,
Et ut res: rationeſq; uoſtrorum omnium
Bene expedire uoltis peregriq; & domi,
Bono, atq; amplo auctare perpetuo lucro.
Quaſq; incœpiſti res: quaſq; incœptabitis,
Et uti bonis uos: uoſtroſq; omnis nunciis
Me afficere uoltis: ea afferam: ea ut nunciem,
Quæ maxime in rem uoſtram communem ſient:
Nam uos quidem iam ſcitis conceſſum, & datum
Mihi eſſe ab diis aliis, nunciis præſim, & lucro.
Hæc ut me uoltis approbare, adnitier.
Lucrum ut perenne uobis ſemper ſuppetat:
Ita huic facietis fabulæ ſilentium.
Itaq; æqui, & iuſti hic eritis omnes arbitri.
Nunc cuius iuſſu uenio: & quamobrem uenerim,
Dicam: ſimulq; ipſe eloquar nomen meum.
Iouis iuſſu uenio: nomen mercurii eſt mihi
Pater huc me miſit ad uos oratum meus,
Tametſi pro imperio uobis quod dictum foret,
Scibat facturos, quippe qui intellexerat
Vereri uos & ſe, & metuere: ita ut æquom eſt Iouem:
Verum profecto hoc petere me precario
A uobis iuſſit leniter, dictis bonis.
Etenim ille, cuius huc iuſſu uenio, Iupiter,
Non minus quam uoſtrum qui uis formidat malum,
Humana matre natus, humano patre.
Mirari non eſt æquom, ſibi ſi prætimet.
Atq; ego quoq; & qui Iouis ſum filius,
Contagione meæ patris metuo malum.
Propterea pacem aduenio, & pacem ad uos affero.
Iuſtam rem, & facilem eſſe oratum à uobis uolo.
Nam iuſte ab iuſtis, iuſtus ſum orator datus,
Nam iniuſta à iuſtis impetrari non decet.

¶PROLOGVS.

ut a Virgilio tros rutulus ue fuat. ¶ Meus ſeruatur filius in ſeruitute poſitus eſt. Et enim ſeruare quandoq; dixerunt ueteres in ſeruitute eſſe Cicero pro flacco: nunc uero hoc magis quod illa gens quid de imperio noſtro ſentiret oſtẽdit qm̃ armis q̃ cara diis imortalibus eſſet docuit quod eſt uicta quod eſt capta quod ſeruata. ¶ Scitari uolo.i. exquirere. Dicimus ſcitari & ſciſcitari iteratiua uerba ab eo quod eſt ſcio fit ſcito. ab eo quod eſt ſciſco ſciſcito. ¶ Si quod neſciui.ita loquimur neſcio: & haud ſcio. non ſcio autem Cice.putat in oratore latin⁹ non eſt. ¶ Id neſcium tradam tibi. ſicut a ſupino ſcitum: & neſcitum hominem dicimus ita a uerbo ſcio ſciũ & neſcium. ¶ Senex eſt in tonſtrina.hoc ex prouerbio ac ſimilitudine dictũ ẽ. ¶ Cultros attinet. ſubaudi raſorios nempe nouaculas ſytotraq;. ¶ Næ id quidem.quod ſequitur noluit interpunctim legendum eſt. ¶ Iniicere uoluit ueſtẽ in uolucrem. Vt ſit inuolucre aduerbium.ſenſuſq; eſt quo ueſtẽ non inquinet uoluit in globum,inuoluere hocq; ſimilitudinarie dictum & allegoricos:ut det̃ intelligi exactius ſe uelle ſcrutari:ſed tñ ui nullã ſe adhibiturum. ¶ Stricti ne.i.ꝑſtringendo. ¶ Per pectinẽ.ut pecten feratur deorſum & ſupcurrat attõdẽdi inſtrumentum ut fieri aſſolet. ¶ Admutilabit probe.i.attondet uenuſte ¶ Proximũ qđ ſit bonũ.pŏt legi & ut ſit ꝑximũ bono.bono.ſin legat̃ ꝑximũ bonũ erit bonũ ita cõiũctũ:ut nihil coniuncti⁹. ¶ Quã ſi eẽ; familiaris filius. Familiaris certe erat fili⁹:ſed diſſimulat. Vrbane igit̃ illudit ægyonẽ dolorꝫ ignarꝫ. ¶ Pol thalẽ taleto non emã mileſiũ. Thales mileſius ægyptum petiuit uñ tũ multa ꝑcaluit. philoſophiæ naturalis fuiſſe ꝑhibet̃ argutus indagator. Geometres illis tꝑibus ꝑclarus atq; oĩo in mathematicis ꝑitus in quibus multa comperit theoremata: ut Heron alexandrinus:ut Proclus lycius ut Papus tradidere:ideo inter ſeptem ſapientes qui uno tꝑe uixere primus habitus eſt.Stra.quoq; in.xiiii.de ipſo hæc refert ingens. Viri nobiles & memoria digni orti e mileto fuere: thales Mileſius ẽ ſeptem ſapientibus unus & græcorum primus hiſtoriam introducens itidem mathematica primus ſcripſit eius diſcipulus anaximander:cuius auditor anaximenes & hecateus hiſtoricus æqualis ætate nobis Aeſchines rhetor qui exul p̄iit ꝙ in Pompeium magnum uehementer eſſet inuectus.Hoc ergo dicit ꝑ irriſionem ægyo poſtq̃ hunc captiuum tam ſapientem nactus ſum ſi thaletẽ mileſium talento poſſim emere nolim.Dicitur aũt thales thaletis & thalis ¶ Ad ſapientiã huius.ſubaudi captiui. ¶ Nimis nugator fuit.non.n.hoc dicit ut thaletem nugatorem uideri uoluerit:ſed aſſerando uel potius irridendo dixit nugatorem ſi huic cõparet̃ loquenti. ¶ Polypluſio.hubertim diuite.nã polys multus dicit̃ & pluſios diues. ¶ Quid diuitiæ?quid ſepatim legendum ad interrogationem enĩ: ut ſi dicas: quid mihi rñdes diuitiæ ſunt ne optumæ?non ad ꝓbitatem refert̃ optumæ:ſed ad magnitudinem.Verba enim modo corpis modo animi eadẽ multa ſunt expſſoria. ¶ Vnde excoquat ſeuum.i.greges multos hẽt uñ ſeuum poſſit colligere. Inde nãq; ueteres habuere diuitias:unde & pecunia dicta. ¶ Horchum ſcire oportet.quia ſi mortuus eũ horchus recepit nempe infernũ. ¶ Salua res eſt philoſophat̃.Vertit uetus prouerbium pđ fuit ſalua res ẽ ſaltat ſenex. Cauſam Verrius reddit ꝙ.C.Sulpitio &.C.Fuluio conſulibus calphurnio piſone p̄tore faciente ludos ſubito ad arma exierunt nuntiato aduentu hoſtium:uictoreſq; in theatrũ redierunt ſolliciti ne intermiſſa religione inſtaurandi eſſent inuentum eſſe ibi.C.Popinium libertinum mimum magnum natu qui ad tibicinem ſaltaret:itaq; gaudio non interruptæ religionis editam uocem hanc.At Aſinius capito eo ludos apollinares Claudio: & Fuluio Coſ:factos

Collus
Collaria

dicit ex libris

licit ex libris ſybillinis & uaticinio martii uatis inſtitutus:cũq́.C.uoluimus ad tibicinem ſaltaret ſecundarũ partium nimus:qđ dcm̃ eſt accidiſſe.℄ Theſauro chryſonico chryſide.theſauro theſauronis:chryſonico.nis.qa chryſos aurꝫ if chryſonico & chryſide.℄ Tenaxne.tenacẽ auarꝫ dicit a tenẽdo.In ax ferme uerbalia.ut in oſus denomiatiua uitio lant:ut bibax edax emax uẽdax. ℄ Samis uaſis.i. fictilib⁹.ex ſamo tñ deferebanť taliã uaſa:uñ nomẽ habuere.℄ Ne pſe genius ſurripiat.Geniũ dicit numẽ:cui pro corpis ſalute tuẽda ueteres ſacrificabãt.℄ Tu eadẽ ſi cõfiteri uis.Ci/ ero in orõne pro Cecinna:qđ interſit inter fateri ꝓfiteri & cõfiteri:nobis apuit inquiens. Nam in eas ipſas res quas nprobiſſime fecit:teſtimonia ſumpſit:& eis in cã teſtimoniis utitur.Itaq́ mihi certũ eſt recupatores:anteq̃ ad meam lefenſionẽ:meoſq́ teſtes uenio:illius uti cõfeſſione & teſtimoniis q̃d confiteť:atq́ libenter confiteť:ut/nõ ſolum fa/ eri:ſed ẽt profiteri uideať.℄ Tua ex re.i.tua utilitãte:cui cõtrarium ab re.℄ Meas opes æquabiles:ut nõ ſim opulẽ ior q̃ ſeruus meus.æquabiles aũt pro æqualibus poſuit.℄ Cum dicto haud audebat. ſubaudiendum ledere:figura nexærumenos.℄ Fingit aratq́.cõponit & aſtringit.℄ Imperare inſueram:pro inſueuerã.Inſueſco & cõſueſco pro odẽ fere accipiunť.Inſuetus tñ non ſuetus.Virg.Inſuetum per iter.℄ Hoſtilis eripuit manus.i.uis. Alioqui manus nultitudo.℄ Illum illic curauerit. Ambiguũ eſt:an ſit ꝓnomen illic.i.ille:ut intelligať deus. An aduerbiuũ & intelli gatur apud nos.℄ Bene ꝓfuerit.ualde iuuerit.℄ Par erit.i.æque meritũ dabit a greco ſumptum:illi enim par eſti:ꝙ ios par eſt. Cleomedes. παρ ἐστι γουν ὁρᾳν ὅτι καὶ τὰ εἰσ καπνὸν ἀναλυομένα τῶν ξύλων σχεδὸν πάπειρον χεῖται. ℄ Summas diuitias domi.nõ per orbẽ terrarum diſperſas:ſed in eius ꝑtãte poſitas.℄ Sum/ tu & ueſtitu tuo.Maniſeſto depræhendiť hic ſumptũ dici de eſca & potu cum ſubiungat & ueſtitu tuo:cum & hæc quoq́ ſit impẽſa ſeruis neceſſaria.℄ Virtute deũ.pro deoꝝ.De hac ſyncopa alibi huberius.℄ Et maioꝝ noſtrũ.Du/ bium eſt an ſit ſyncopa noſtrũ pro noſtroꝝ.An ſit ab eo qđ eſt nr̃m uel noſtri. ℄ Luculentos hoĩes reddidit.i.inter hoĩes fulgentes:a luce enim lucul ẽtus.℄ Damnũ præſtet facere.i.ſatius ſit damnũ incurrere:q̃ lucrũ facere. ℄ Suaſit perperã.i.neqter & peruerſe.℄ Nũmum ne duis.i.ne dederis frequẽter apud Plautum. ℄ Medici menarchi.nomẽ uideť inditum ab eo:ꝙ μένειν manere & ἀρχὸσ princeps:ut primus maneat iter cæteros medicos.℄ Tam in ꝓ/ cliui.Dicimus hoc in ꝓcliui eſt & ꝓcliue eſt qđ facile factu.℄ Quã imber:qa græce umbros. ℄ Is homo.phylopo/ lemus.℄ Dum ab re.i.ſeorſum a meo cõmodo.℄ Donicũ.ꝙ nũc donec.℄ Vbi erunt induciæ.i.belli quies. ℄ At nihil eſt.tanq̃ nihil egeris.℄ Operã luſeris.i.fruſtrabere.℄ Seruos ex ſententia.Vt hoc exigit ꝓpoſitum. ℄ Concre/ dat filiũ hodie.Cõcredimus cognitis:cõmittimus alienis.Illud ipſum hodie ex cõſuetudo loquẽdi more ſumptum eſt.℄ Tua fide ſi uis.tuã fidẽ loco pignoris mihi habeo. ℄ Cedere ad factũ.apheresis pathos: ut ſit itegrũ ꝓcedere: ℄ Optume. Interpũctim legendũ eſt uox aſſeuerantis:ut imo repetentis. ℄ Collus collaria caret. Collus gñe maſculino:ꝙ nũc collũ a priſcis dicebať.Collaria uinculum colli.℄ Gratia ea grauida.i.exhube rãs & plena.℄ Dice demřa ꝑcipue dic q̃ uelis tibi. Demonſtra q̃ facere oporteat:& cur mãda utpote famu lo ꝑſcribe amplificatio per cõgeriẽ.



Egio.Philocrates.Tyndarus.

Væ res bene uortat mihi meoq́ filio:
Vobiſq́:uolt te nouus herus operam dare
Tuo ueteri domino:quod is uelit fideliter.
Nam ego te æſtumatum huic dedi uiginti minis
Hic autem te ait mittere hinc uelle ad patrem.
Meum ut illic redimat filium:mutatio
Inter me atq́ illum ut noſtris fiat filiis.
Ph. Vtroq́ uorſum rectumſt ingenium meum
Acte atq́ illum pro rota me uti licet:
Vel ego huc uel illuc uortar:quo imperabitis.

Ae res bene nortat.Captus dolis Egio mittit philocra tẽ ꝓ Tindaro.℄ Pro rota. Quaſi ad q̃cũq́ expedientia paratũ & aptum.℄ Vt adhuc locoꝝ.Illud locoꝝ redũdat ſenſui:ſed orõnẽ fa/ cit cultiorẽ. ℄ Prodis:Profers oſtẽ dis polliceris. ℄ Rebitas:Redeas. magis nõ factũ. Ordo non poſſum magis uelle ꝑſequi factũ: q̃ ut expe/ riar opera.℄ Deſideras:Melius de/ feras.℄ Atq́ hunc inuentũ inueni/ Vide ne legendũ ſit iuueni. ℄ Via/ ticum. Quodcũq́ ad iter neceſſa/ rium: unde prouerbium eſt ſuam cuiq́ artem pro uiatico eſſe:aliquã/ o pro facultate uſurpatum eſt a ueteribus:& pro aliquo apparatu.℄ Præuorti.In primis operam dari. BERN. SARA. VENE.

Ae res bene uortat.In hac ſcæna ægio phylocratẽ deceptus pro Tyndaro miſit domũ:ut ſuũ recuperet filiũ. Tyndarus tanq̃ ſit phylocrates multa præſcribit quæ exequi oporteat. ℄ Bene uortat. Hic mos loquendi ueteribus pro eo quod eſt fortunet propitiaq́ ſit.℄ Nouus herus.ego tanq̃ de alieno de ſe loquitur ægio. VALLA

¶ Veteri domino: Phylocrati. ¶ Meum ut illic. qui illic eſt: ſed melius illinc legetur. ¶ Noſtris fiat filiis. patri phylo cratis & mihi: ut ſit mutatio uerbũ pro ꝑmutatione. ¶ Vtroqꝫ uorſum. uel in tuã uel in illius ſniam. ¶ Recſunſt. i. erectũ eſt ut ſit apheresis pathos. artificioſe Plautus inducit bono gñe natum ingenue rñdere. ¶ Pro rota: qa circũ quaqꝫ uoluiť: in oẽſqꝫ ꝑtes ueſtiť: ita inqt: ego in oẽs partes me cã ur̃a cõuertã. ¶ Quo impabitis: in quã ꝑtem ur̃i mihi erit impium. ¶ Tupte. ſyllabica adiectio eſt tupte: quæ & corripiť. Lucre. in primo. Tupte met a nobis iã quo uis tpe uatũ. ¶ Prodes plurimũ. Secũda ꝑſona eſt a ꝓſum: eſtqꝫ ſenſus ex benigno tuo ingenio tibi cõfers plurimum cõmodi: qm̃ ſuſtines ſeruitutem ut cõuenit. ¶ Et poteſtatẽ facis. i. facultatem ꝑbes. Nã potẽtia pro poteſtatu poniť. Eſt ẽt ubi ptãs pro magiſtratu ponatur. Iuue. Gabiorũqꝫ eſſe ptãs. Vlpianus de iuriſditione oĩum iudicũ. Impium aut mer̃ aut mixtũ eſt. Merũ impum hr̃e gladii ptãtem ad aĩaduertẽdum in facinoroſos homines q ẽt ptãs appellať. ¶ Illuc ꝑferat. bene illuc nõ illic: qa ꝑferre ad locũ uſqꝫ ꝑueniri oñdit & perduci. ¶ Nunc ita cõuenit. Ita iter nos cõuenimus. ¶ Si nõ rebitas. i. redeas: qa bitare ire dixerũt ueteres. ¶ Recte cõueniſſe ſentio. Cõuenire eſt cõgreſſum habere alterius & conuenire ad pactionẽ ire cũ impſonale uerbũ eſt: ut cõuenit mihi tecum. i. controuerſia caret. Iuue. Sæuis inter ſe cõuenit urſis. Quintilia. in portũ uenio nauem ꝓſpexi quãti ueheret interrogaui. De precio cõueni conſcẽdi: ſublatæ ſunt anchoræ ſoluimus oram. Cõueniſſe ergo pactum eſſe. ¶ Adhuc locor̃ feci. ut ubi gentiũ & interea loci. Illud enim locor̃ ornatus cã poniť. ¶ In rem conducat tuã. i. utile tibi ſit. ¶ Id petaꝫ. adeã. ¶ Honeſtiorẽ honore ſemper fecit. Honeſtũ inqt Aſconius diuitẽ dixere ueteres. At qa diuites ſolẽt honorari dixit honeſtiorẽ tanq̃ diuitem maiore honore inſignẽ. ¶ Cũ hoc conuenerit. hic impſonale uerbũ eſt cõuenerit. i. ut pactũ cõtractũ fuerit. ¶ Noſtrum ambor̃ uicem. ut nos redimamur illo redẽpto. Eſt autem gtũs ab eo qđ eſt nos ꝙ & nr̃i dr̃. ut Aulus Gel. lib. xx. oſtẽdit ſiue ueſtrum ſiue ueſtri: uel nr̃m uel nr̃i dicas certã nõ haberi differentiã. ¶ In rem utriqueſt maxime. i. ad utilitatẽ utriuſqꝫ maxime cedit. ¶ Ingenio haud diſcordabili. i. natura nõ fuiſſe alienos: ſed cõueniſſe. ¶ Reb⁹ indubiis. ubi de ſalute corꝑis dubiũ occurreret. ¶ Et uirtute. i. tollerantia: ¶ Eſt ſapia. i. ad ꝓuidendũ ſagacitate alioquĩ ſapia quæ nũc phyloſophia ſicut ſapientes olim qui poſtea phi. Idqꝫ ut inqt Cicero nomẽ uſqꝫ ad pythagoræ manauit ætatẽ: quẽ ut ſcribit

Adhuc locor̃.

At. me eſt.

Eg. Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum
Quum ſeruitutem ita fers ut ferri decet.
Sequere. en tibi hominem. Tyn. gratiam habeo tibi.
Quum copiam iſtam mihi & poteſtatem facis
Vt ego ad parentes hunc remittam nuncium.
Qui me quid rerum agitem: & quid fieri uelim
Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.
Nunc ita conuenit inter me atqꝫ hunc tyndare
Vt te æſtimatum in aulidem mittam ad patrem.
Si non rebitas huc ut uiginti minas
Dem pro te. Ph. recte conueniſſe ſentio.
Nam pater expectat aut me aut aliquem nuncium
Qui hinc ad ſe ueniat. Tyn. ergo animum aduortas uolo
Quæ nunciare hinc te uolo in patriam ad patrem.
Ph. Phylocrates ut adhuc locorum feci faciam ſedulo:
Vt potiſſimum quod in rem recte conducat tuam.
Id petam id perſequarqꝫ corde & animo: atqꝫ uiribus.
Ty. Facis ita ut te facere oportet: nunc animum aduortas uolo.
Omnium primum ſalutem dicito matri & patri.
Et cognatis: & quem alium beniuolentem uideris.
Me hic ualere & ſeruitutem ſeruire huic homini optumo.
Qui me honeſtiorem honore ſemper fecit & facit.
Ph. Iſtuc non præcipias: facile memoria memini. Tyn. tñ.
Nam quidem niſi quod cuſtodem habeo liberũ me eſſe arbitror:
Dicito patri quo pacto mihi cum hoc conuenerit
De huius filio. Ph. quæ memini mora mera eſt monerier.
Tyn. Vt eum redimat: & remittat huc noſtrum ambor̃ uicem.
Ph. Memiero. Eg. at q̃ primũ poteris: iſtuc in rẽ utriqueſt maxime:
Ph. Non tuum tu magis uidere: q̃ ille ſuum gnatum cupit.
Eg. Meus mihi: ſuus cuiqꝫ eſt carus. P. nũ qđ aliud uis patri nũciari?
Ty. Me hic ualere: & tu te audacter dicito tyndare inter nos fuiſſe
Ingenio haud diſcordabili. neqꝫ te cõmeruiſſe culpam:
Neqꝫ me aduorſatum tibi beneqꝫ hero geſſiſſe morem.
In tantis ærumnis tamen neqꝫ me unquam deſeruiſſe te
Neqꝫ factis: neqꝫ fide: rebus in dubiis egenis: hoc pater quãdo ſciet
Tyndare ut fueris animatus erga ſuum gnatum: atqꝫ ſe:
Nunq̃ erit tam auarus quin te gratus emittat manu.
Et mea opera ſi hinc redibo faciam ut faciat facilius.
Nam tua opera & comitate & uirtute & ſapientia
Feciſti ut redire liceat ad parentis denuo:
Quum apud hunc confeſſus es & genus & diuitias meas:

Quo pacto

Q uo pacto emiſiſti e uinculis tuum herum tua ſapientia.
Ph.Feci ego iſta ut cōmemoras & te memiſſe id gratū eſt mihi:
Merito tibi ea euenerunt a me:nam nunc philocrates
Si ego item memorem quæ me egra multa feciſti bene
Nox diem adimat.nam ſi ſeruuus meus eſſes nihilo ſecius
Mihi obſequioſus ſemp fuiſti. Eg. di ueſtrā fidem hoīum inge/
Liberale:ut lachrymas excutiunt mihi:uideas corde (nium
Amare inter ſe quantis laudibus ſuum herum ſeruus
Collaudauit.Ph.pol iſtic me haud centeſmam partem
Laudat: quam ipſe meritus eſt ut laudetur laudibus
Eg.Ergo quum optume feciſti:nunc adeſt occaſio:
Benefacta cumulare:ut erga hunc rem geras fideliter.
Ph.Magis nō factum poſſum uelle : quā opa experiar perſequi
Id ut ſcias iouem ſupremum teſtem do egio
Me infidelem non futurum philocrati . Eg.probus es homo.
Ph.Nec me ſecus unq̄ ei facturum quicquam q̄ memet mihi.
Tyn.Iſtæc dicta te experiri & opera & factis uolo
Et quod minus dixi q̄ uolui de te animum aduortas uolo.
Atq; horum uerborum cauſa caueto mihi iratus ſuas.
Sed te quæſo cogitato:hinc te mea fide mitti domum
Te æſtimatum:& meam eſſe uitam hic pro te poſitam pignori.
Ne tu me ignores:quum extemplo meo e cōſpectu abſceſſeris.
Q uum me ſeruum in ſeruitute pro te hic reliqueris.
Tuq; te pro libero eſſe pignus deſeras
Atq; des operam pro me:ut huius reducem facias filium.
Scito te minis uiginti æſtumatum mittier
Fac fidelis ſis fideli:caue fidem fluxam geras:
Nam pater ſcio faciet quæ illum facere oportet omnia
Serua tibi imperpetuū amicum me: atq; hunc inuētum inueni
Hæc per dexteram tuam te dextera retinens manu
Obſecro infidelior mihi ne ſuas q̄ ego ſum tibi.
Tu hoc age:mihi herus nunc es:tu patronus:tu pater.
Tibi commendo ſpes opeſq; meas.Phi.mandauiſti ſatis.
Satin habes mandata quæ ſunt facta ſi refero? T.ſatis.
Ph.Et tua huc ornatus reueniam ex ſententia?
Nunquid aliud? T.ut q̄primum poſſis redeas.Ph.res monet.
Eg.Sequere me uiaticum ut dem a trepezita tibi.
Eadem opa a prætore ſumas ſyngraphū.T.quē ſyngraphum?
E.Q uem hic ferat ſecū ad legionē hinc ire huic ut liceat domū
Tu itro abi.T.bñ ambulato.Ph.bñ uale.Eg'.ædepol rem meam
Conſtabiliui quum illos emi de præda a quæſtoribus:
Expediui ex ſeruitute filium ſi dis placet.
Ac etiam dubitaui hos homines emerem an non emerem diu
Seruate iſtum ſultis intus ſerui:ne quoquam pedem
Efferat ſine cuſtode:ego apparebo domi.
Ad fratrem modo captiuos alios inuiſo meos
Eadem percontabor ecquis adoleſcentem nouerit?

ut ſcribit auditor Platonis pōticus he raclides uir doctus:in primis phillun/ tem ferūt ueniſſe:eūq; cū leonte princi/ pe phīliaſioꝝ docte & copioſe diſſe/ ruiſſe q̄dam.cuius ingeniū & eloquen tiam cū admiratus eēt leon: q̄ſiuiſſe ex eo qua maxime arte confideret. At illū artem q̄dē ſe ſcire nullā:ſed eſſe phūm admiratū Leōtem nouitate noīs quæ/ ſiſſe:qui nam eēnt phi:& qd inter eos & reliquosītereſſet.Pythagorā aūt tn̄/ diſſe ſimilē ſibi uideri uitā hoīum & mercatū eum q hērer maximo ludoꝝ apparatu totiꝰ græciæ celebritate.nam ut illic alii corpibus exercitatis gloriam & nobilitatē coronæ peterēt.Alii emē di aut uēdēdi q̄ſtu & lucro ducerent. Eſſet āt q̄dda; genus eoꝝ:idq; uel ma xime īgenuū:q nec plauſum:nec lucrū q̄rerēt:ſed uiſendi cā uenirēt : ſtudio/ ſeq; pſpicerēt qd ageret & quo mō.Ita nos quaſi in mercatus q̄dam celebrita te ex urbe aliq̄ : ſic in hāc uitam ex aliā uita & natura pfectos.Alios gloriæ ſer uire:alios pecuniæ : raros eē quoſdā:q cæteris oībꝰ pro nihilo habitis reꝝ na/ turam ſtudioſe ītuerent:hos ſe appella re ſapiæ ſtudioſos.i.n. phōs . Et ut illic liberaliſſimū eēt ſpectare nihil ſibi acq/ rētem ſic in uita lōge oībus ſtudiis cō tēplationem reꝝ cognitionem pſtare. Ariſt.aūt ſapiam in metaphyſicis fon/ tem eſſe putat:atq; principiū reꝝ meta/ phyſicaꝝ : hinc Proclus & Iāblicus & Brontinus oīum ſciaꝝ originē ſapiam dicūt eam uocātes ſciaꝝ & artiū ſciam. Poetæ tn̄ ſapiam pꝑaſtu ſolēt ponere. ut hic poeta. ℂ Nox diē adimat.i.præ multitudinē dies nō ſufficeret : ut nox adueniens occuparet tp̄s. ℂ Obſeqo/ ſus.in oēm partē ſecutus meā uolūta/ tem. ℂ Ingeniū liberale.i. liberis hoībꝰ dignū. ℂ Videas corde amare.i.uidere poſſis ut ex corde. ℂ Magis non factū poſſum uelle.i.nō poſſum uelle magis ut efficiatur:q̄ ut me opi accingā & expe riar qd poſſim. ℂ Fac fidelis ſis fideli. hæc uerba apud Noni. aliter leguntur inqt:ille fidele pro fidelr̄.Plau.in capt. Fac fidele fideli caue fidē fluxā geras. ℂ Et opa & factis.opa q̄dē quæ ex ſe/ dulitate pmittit.Factis uero q̄ rem trā/ ſigūt ipſam. ℂ Fide; fluxā geras.incer tā & dilabētem. ℂ Atq; hūc inuētum inueni.i.quē inueniſti antea amicū tibi in futuꝝ quoq; inuenias.i. qd' dixit in perpetuu; amicum. ℂ Ornatus reue/ niam.i.omni re inſtructus. ℂ Vt uiati/ cum.i.pecuniam quā impēdas in uia.

Laudare

Fidele.

Viaticū.

¶ A trapezita.ab argẽtario a mẽſulario.¶ Eadem opa.eodẽ labore.¶ Sumas ſyngraphũ.i.ſcriptum quo tibi lice
tuto ire.¶ Sultis.ſi uultis.¶ Primum præuorti uolo:ideſt ante omnia hoc expedire.

BERN. SARA. VENE.

MIſer hõ eſt.Prodit rurſus in ſcæna paſit⁹:ut interea iucũditate afficiat ſpectatores.¶ Reſidẽt. Ociant.¶ E
riales ferias.Iõ dixit:q̃a nihil iuenerat eſculentũ:feriæ nãq; dictæ ſunt a uictimis feriẽdis uel ut nõnulli phib
ab epulis ferẽdis.¶ Nihil morant.Nõ magnifaciũt negligũt.¶ Lacones.Quaſi potẽtiores:eſt enĩ laconi
græciæ regio inclyta in q̃ nobilis urbs lacedæmon olĩ uiris & armis potens gens quoq; libera.¶ Imi ſubſelii uiro:

Præuorti.

Vel eos dĩc q ĩ ultimis theatri ſederẽt ordĩb⁹:uel potius paſitos q in ultĩa pte thori ĩ cœnis ſedere cõſueuerunt: nã ſubdit plagipatidas qd' uidet p‑priũ paſitoꝝ:q pp cibũ plagas & uerbera facile patiũt.¶ Sine penu.Ideſt ad nullã utilitatẽ & cõmodũ plata: Dr̃ hoc penũ:ni:hic penus:hæc pen⁹ q̃rtæ & hoc pen⁹ris tertiæ.locus ẽ in quo ſeruant:q̃ ſunt ad uſũ:uñ penuariũ qcqd ſeruat in penu.¶ Tã opto capite ad lenões eunt q̃ in tribu &c̃. Sẽſus ẽ.Ita clã & occulte ſe mõ iuuenes recipe ſolitos ad lenões ut ab oĩb⁹ cõſpici poſſint:nã iudices reos cõdẽnaturi nõ opto ſtabãt capite.Quĩ imo ab uniuerſo pplo ſpectabantur. Mordet hoc dcõ nĩmis licẽtioſã & ĩuerecũdã iuuẽtutẽ:q̃ ſpreta oĩ uerecũdia & pudore laſciuiis opa; dabat ¶ Terrũci.Inqt Var.Terrũcius dict⁹ eſt a trib⁹ unciis qd' libellæ ualet q̃rta ps:ſicuti q̃drans aſſis:hoc idẽ Fe. & Terrũtius numiſmatis genus pui ualoris memĩt Pli.l.xxxiii.¶ Mẽſtruales. A mẽſe:nã p ſuis iocoſis dictis ñ tm̃ diei :ſed mẽſis uictũ nãciſcebat. ¶ Canẽ irritatã imitarier.Hoc eſt ridere:nã ridentes dẽtes oñtamus:qd facit dũ irritat canis.¶ De cõpacto: Cõcordi & ueluti cõpoſito cõſenſu. Dicimus.n.cõpactũ cõpoſitũ & cõiunctũ.¶ In uelabro. Velabrũ locus erat in urbe roma apud auẽtinũ mõtẽ dcm̃ q eo ratib⁹ ueherent q̃ſi ergo in uelabro olearii:q uel oleum uno uenditarent præcio uel uno modo molerẽt.¶ Irrogabo. Imponã infligã. ¶ Annona. Nõ tm̃ frumẽti ſed carniũ & aliaꝝ quoq; reꝝ dicimus. Nam annonam cariorem in macello dixit Ci.in li.de diuinatõe.¶ De collabit.Deficiet uel decipiet : in hac enim ſignificatione uſos fuiſſe ueteres autor eſt Diome.¶ Ad cœnam aſperam. Quæ erat(ut ſupra memoratum eſt)oleribus parata uel potius quia egio dixerat cum paraſitũ ad cœnã uocaſſet:aſper meus uictus eſt:alludit enim ad uict⁹ pſimoniã:

Feriæ. Nũdinæ Feriatus. Laconia Lacedemon. Penus. Penuarius. Opſonium Terrunci

Mẽſtrualis. Menſtruus. Mẽſtrua

VALLA

m Iſer homo eſt q ipſe ſibi qd' edat quærit. Paraſitus in hac ſcæna ſecum queritur non eſſe

Sequere te ut amittam ei rei primum præuorti uolo.



Paraſitus.

MIſer homo eſt ipſe ſibi quod edit q̃rit: & id ægre inuenit
Sed ille eſt miſerior: qui & egre quærit:& nihil inuenit.
Ille miſerrimus eſt qui quũ eſſe cupit:quod dat:nõ hẽt
Nam hercle huic diei ſi liceat oculos effodiam libens
Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.
Neq; ieiunioſiorem:neq; magis effractum fame
Vidi:ne cui minus procedat quicquid facere occeperit.
Itaq; uenter gutturq; reſident:eſuriales ferias
Licet paraſiticæ arti maximam malam crucem.
Ita iuuentus iam ridiculos inopeſq; ab ſeſe ſegregat.
Nihil morantur iam lacones imi ſubſellii uiros
Plagipatidas:quibus ſunt uerba ſine penu & pecunia.
Eos requirunt qui libenter quum ederint reddant domi:
Ipſi obſonant quæ paraſitorum ante erat prouincia.
Ipſi de foro tam operto capite ad lenones eunt.
Quam in tribu operto capite ſontes condemnant reos.
Neq; ridiculos tam terrunci faciunt.ſeſe omnes amant:
Nam ut dudum hinc abii acceſſi ad adoleſcentes in foro.
Saluete inq̃.quo imus una inquam ad prandium atq; illi tacent.
Quis ait hoc:aut quis profitetur inquam? quaſi muti ſilent
Neq; me rident.ubi cœnamus inquam? atq; illi abnuunt
Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus
Quibus ſolebam menſtruales epulas ante adipiſcier.
Nemo ridet:ſciui extemplo rem de compacto geri.
Ne canem quidem irritatam uoluit quiſquam imitarier:
Saltem ſi non arriderent dentes ut reſtringerent.
Abeo ab illis:poſtquam uideo me ſic ludificarier.
Pergo ad alios:uenio ad alios:deinde ad alios:una res

Omnes

Omnes compacto rem agunt:quaſi in uelabro olearii
Nunc redeo inde quum me ibi uideo ludificarier.
Item alii paraſiti fruſtra obambulabant in foro:
Nunc barbarica lege certumſt ius meum omne perſequi
Qui concilium iniere quo nos uictu & uita prohibeant.
His diem dicam.irrogabo mulctam ut mihi cœnas decem
Meo arbitratu dent:quum cara annona ſit:ſic egero:
Nunc ibo ad portum hinc:eſt illic mihi una ſpes cœnatica.
Si ea decollabit.redibo huc ad ſenem ad cœnam aſperam.



Egio.

QVid ẽ ſuauis ꝗ bñ rẽ gerere bono publico ſicut ego feci
Quũ emi hoſce hoĩes?ubi quiſꝗ uidẽt eũt obuiã (heri
Gratulanturq; eam rem:ita me miſerum reſtitando.
Retinendoq; lauſſum reddiderunt.
Vix ex gratulando miſer iam eminebam.

non eſſe queꝗ̃ apud quem poſſit epulari.)¶ Reſident eſuriales ferias.i.qeſcunt & nihil agũt tanꝗ̃ ferias agãt nihil comedẽdo urgẽte fame. ¶ Illicet paraſiticæ arti.ire licet paſitationi in maximã crucẽ qñ nil boni affert. ¶ Ridiculos. qui riſus mouent. ¶ Lacones imi ſubſellii uiros.i.Lacones uiles qui flagra & plagas patiunť:illis aſſueti ob ſacrificia Dianæ tauricæ quæ flagellis quoad ſanguis in aras deſcendere:placabať iõ mox ait plagipatidas. Cicero in ſecundo q̃ſtionum thuſchulanarum Leges Lycurgi laboribus erudiũt iuuentutẽ uenãdo:currẽdo:eſuriẽdo: ſitiendo:algẽdo: æſtuando. Spartæ uero pueri ad aram ſic uerberibus accipiunť:ut multus e uiſceribus ſanguis exeat: nonnunquam etiã ut cum ibi eſſem audiebã ad necem:quorum nõ modo nemo exclamauit unꝗ̃: ſed ne ingemuit qdem. De ipſis quoq; Martialis. Vel nõ cæſus adhuc matre iubente lacon. Seruius item in ſecundo æneidos. Quũ græci ad aulidem ueniſſent. Agamẽnon dianæ ceruum occidit ignarus. Vnde irata dea flatus uẽtorum remouit:ꝗ̃ ob rem cum nec nauigare poſſent & peſtilentiam ſuſtinerent oracula conſulta dixerunt agamemnonio ſanguine dianam eſſe placandã. Ergo quum ab Vlyſſe ꝑ nuptiarum ſimulationem adducta iphigenia in eo eſſet ut immolaretur:numinis miſeratione ſublata eſt:cerua ſuppoſita: & trãſlata ad tauricã regionẽ regi thoanti tradita ẽ:ſacerdoſq; fcã Dyctinæ Dianæ:quũ ſm ſtatutã cõſuetudinẽ hũano ſãguie numẽ placaret: agnouit frẽm Oreſtem, q̃ accepto oraculo carendi furoris cauſa cum amico Pylade colchos petierat: & cum his occiſo thoante ſimulachrum ſuſtulit abſconditum faſce lignorum. Vnde & faſcellis dicitur: non tantum a faſce cum qua pingitur: propter qđ & lucifera dicitur & ariclam detulit: ſed cum poſtea romanis ſacrorũ crudelitas diſpliceret ꝗ̃ꝗ̃ ſerui imolarentur:ad lachonas eſt diana tranſlata:ubi ſacrificii cõſuetudo adoleſcentulorum uerberibus ſeruatur: qui uocabantur bomonicæ quia aris ſuppoſiti contendebant qui plura poſſent uerbera ſuſtinere. ¶ Cũ ederint reddant domi.i.pro eſca opam ſuã ꝓbeant:ſin loco cum qđ legas erit ſenſus:eos uolunt q̃ poſſint:qđ ederint repẽdere. ¶ Ipſi obſonãt.i. obſoniũ parãt. ¶ Quã in tribu opto capite ſuntes cõdemnant reos. Ordo eſt & ſenſus tã opto capite:ideſt tecto ad lenones eunt:ꝗ̃ reos ſontes operto capite condemnant in tribu:ideſt ꝗ̃ ſunt operto capite q̃ cõdẽnantur. ¶ Neq; ridiculos iam terunci faciunt:ideſt non pluris faciunt ridiculos.i.paraſitos ꝗ̃ ſit teruncius q̃ perexiguus nũmus. Plini⁹ li.xxxiii. Nota æris fuit ex altera pte ianus gemin⁹:& altera roſtꝝ nauis. In triẽte uero & q̃drãte æs q̃drãs ãtea terũcis a tribus unciis poſtea Annibalẽ urgẽte Quinto Fabio Maximo dictatore aſſes unciales fieri:placuitq; denariũ.xvi.aſſibus ꝑmutari q̃nariũ octonis:ſeſtertiũ q̃ternis ita res publica dimidiũ lucrata eſt. In militari tñ ſtipẽdio ſemꝑ denarius ꝓ decẽ aſſibus datus. ¶ Meſtruales epulas.i.ad menſem unũ ꝑdurantes. ¶ Rem de compacto geri.i. ex eo qđ inter ſe cõuenerant. ¶ Canẽ q̃dem irritatã:ꝗ̃ dentes oñtare conſueuit:ſicut & homines ridendo. ¶ Quaſi in uelabro olearii. Locus erat uelabrũ:ut alibi Plautus oñdit:qđ uela obtenderenť:ſub qbus olearii ueditarent:niſi qđ Varro uelabrũ ait qđ ibi lintribus ueherentur. ¶ Barbarica lege.i.ſceua crudeli. ¶ His diem dicam.i.denunciabo ut in ius eant die ꝓſtituta. ¶ Irrogabo mulctam.infligam pœnã. ¶ Cum cara ãnona ſit.i.cuꝫ reꝝ caritas fuerit. ¶ Spes cænatica: ideſt ſpes cænandi. ¶ Si ea decolabit.decipiet.in hoc enim ſignificatu ueteres poſuiſſe Diomedes atteſtatur:uel decolabit ceſſabit ac dilabetur. Sumpta tranſlatione a liquore qui per colla delabitur. ¶ Ad cænam aſperam.nam ita ſupra dixit ægio ſcrupoſum ſuum uictum eſſe.

Velabrũ. Cõciliũ. Concio. Conciliabulum: Irrogare Annona decollare

q Vid eſt ſuauius. Gaudet ſenex nimium fauiſſe fortunam rebus ſuis quam mox ſentiet fuiſſe inimicã. ¶ Quiſ BERN.
quam uident. Vt pars in fruſta ſecant figuratus eſt ſermo. ¶ Reſtitando. In moraꝫ detinendo. ¶ Eminebã. SARA.
Pedibus conſtabam. ¶ Hic exclamat. Silicet ariſtophontes qui & ipſe captiuus erat apud egionem. VENE.
Vid eſt ſuauius. Sibi ægyo in hac ſcæna congratulatur quod emerit captiuos: unde filium redimat ſuum.
¶ Gratulanturq; eam rem. deeſt ob præpoſitio niſi ſit gratulor tibi hanc rem ut inuideo tibi hanc rem: VALLA

Tandem abii ad prætorem:ibi uix requieui:
Rogo ſyngraphum:dat̃ mihi illico de tyndaro:ille abiit domum:
Inde illico præuortor domum poſtq̃ id actum eſt.
Eo ꝑtinus ad fratrem inde abii:mei ubi ſunt alii captiui
Rogo:philocratem ex aulide ecquis omnium
Nouerit:hic exclamat eum ſibi eſſe ſodalem.
Dico eum eſſe apud me:hic extemplo orat:obſecratq;
Eum ſibi ut liceat uidere:iuſſi illico hunc exolui.nunc tu ſeq̄re me.
Vt quod me orauiſti impetres.eum hominem ut conuenias.



Tyndarus.

NVnc illud eſt quum me fuiſſe q̃ eſſe nemo mauelim:
Nunc ſpes:opes auxiliaq; a me ſegregant:ſpernũtq; me.
Hic ille ẽ dies:quũ nulla uitæ meæ ſalus ſpabilis ẽ mecũ:
Neq; exiliũ exitio eſt.neq; adeo ſpes quæ mihi hunc aſpellat.
Nec mendaciis ſubdolis mihi uſq̃ mantellum eſt meis.
Nec ſycophantis:nec fucis ullum mantellum obuiam eſt.
Neq; precatio perfidiis meis:nec malefactis fuga eſt.
Nec confidentiæ uſq̃ hoſpitiũ eſt: nec diuerticulum dolis.
Operta quæ fuere aperta ſunt:patent præſtigiæ:
Omnis res palam eſt:neq; de hac re negocium eſt
Quin male occidam:oppetamq; peſtem:heri uicem meamq;:
Perdiditq; me ariſtophontes hic qui uenit modo intro.
Is me nouit:is ſodalis philocrati & cognatus eſt
Neq; iam ſalus ſeruare ſi uolt me poteſt:nec copia eſt.
Niſi ſi aliquam corde machinor aſtutiam.
Quam malum? quid machiner? quid comminiſcar? maximas
Nugas:ineptias incœpiſſe hæreo:



Egio. Tyndarus. Ariſtophontes. Colaphus.
QVo illũ nunc hominẽ ꝓripuiſſe foras ſi dicã ex ædibus?
Ty. Nunc enimuero occidi:eunt ad te hoſtes tyndare.

Vix exgratulãdo.i.dum gratulã tur. Iam eminebam.i.pedibus cõ ſiſtere poterã. Præuortor domũ. i.redeo. Virgi.autem fuga ꝓuertitur hebrum dixit.i.celeritate antecedit.

BERN. SARA. VENE.

NVnc illud eſt. Sibi prætimet Tyndarus diuti⁹ uitare non poſſe quin ab Ariſtophonte dignoſcatur:qui mox illuʒ arguet cogetq; tandem fateri ſe eſſe tyndarum & mentitũ philochratẽ. Fuiſſe q̃ eẽ.Ideſt potius periiſſe q̃ uiuere. Aſpellat.Amoueat & procul pellat. Mantellum.Tegmen:eſt proprie genus penulæ quam græci mãdyam dicunt. Fucis.Dolis fraudibus:eſt enim fucus color ſed tranſlatiue pro fraude qua ueritas occultat̃: inde offuciæ fallaciæ:quo uocabulo uſus eſt Plautus in ſequẽtib⁹ comœdiis. Preſtigiæ.Res fictæ quæ uidentur eſſe & non ſunt. Heri.Philochratis Cõminiſcar.:confingã.

VALLA

NVnc illud.Tyndarus ĩ hac ſcæna ſeſe excruciat cũ Ariſtophontẽ Phylocratis ſodalem uidet metuens ne iam ſuæ aperiant̃ inſidiæ doliq; compareant. Cũ me fuiſſe.ſubaudi neminem: Hũc aſpellat:ideſt a me dimoueat Vſq̃ mãtellũ.Vñ dolos meos q̃aʒ tegere.Feſtus mãticulaꝝ uſus pauperibus in nũmis recondiendis ẽt ĩ ſo ſæculo fuit:unde manticulari dicebãtur qui furãdi gratia manticulas attemptabant:inde poetæ pro doloſe quid agẽdo uſi ſunt eo uerbo Pacuuius ad manticulandum aſtu aggreditur. Scit enim quid promeruerit medici manticulant ita me facti oppreſſi iugo: Item deinde aggrediar aſtu regem manticulandum eſt hic mihi & machinã ordiri nouã. Manticula tactu an ſanctiora dicis iura iuranda. Plautus hoc ſignificare uidetur:quibus quottidie paruæ noxæ extergeantur. Frequens enim antiqs ad manus tergendas uſus fuit mãtellorum. Nec fucis.ideſt ſimulationibus.phycos a græcis herba nominatur:unde lanæ priſtinus reparatur color. Neq; ꝑcautio.ideſt ubi poſſim precauere. Nec diuerticuluʒ. ut a tanto malo diuertam.pene ĩprudens prætererieram Diuerticulum inquit Terentius:ideſt ſemitam a recta uia declinantem. Vnde ergo diuertimus in aliam partem, diuerticulum: ſicut quo diuertimus diuerſorium.

Mãtellũ. Mãteliũ. Fucus. Præſtigiæ

Patent

¶ Patent præſtigiæ.i.conſtructi doli atq; fallaciæ. ¶ Oppetamq; peſtem.ideſt adeam perniciem:oppetere per ſe mo
i eſt. ¶ Heri uicemq; meam.ideſt loco heri & propter me. ¶ Quam malum? Aduerbium eſt malũ:ac ſi diceret ma/
o euẽtu. ¶ Incepiſſe hæreo:ideſt addubito quo modo eam inceptum.

Vo illum. Seceſſerat & ſe ſubduxerat e conſpectu Ariſtophontis tyndarus⁹ quid conſilii capturus neſcius. ¶ Occiſa eſt hæc res. Occidere & interficere etiam in animatia ueteres poſuerunt:uide Noni. ¶ Morbus q̃ ſputatur. Comitialem dicit qui Galeno teſte purgari poteſt expuendo. Plinius in decimo coturnicibus ueneni ſemen gratiſſimus cibus:quã ob cauſam eas damnauere menſis ſimulq; comitialem propter morbũ deſpui ſolitum:alio uocabulo dict⁹ eſt maior morbus:herculeus quoque quo illũ laboraſſe fertur.ut autor eſt Ariſto. & ideo ſacer eſt dict⁹ morbus:comitialis uero poſtremo appellat⁹: quo qui erat in comitiis correptus comitia uiciaret: de hoc hippocrates & reliqui medici tradidere:quem morbum Græci epilepſiam uocant:cuius morbi cauſam quærit Ariſtote.longo quodam ꝓblemate. ¶ Gliſcit. Creſcit. ¶ Vna opera. Ea ratione: eodem modo. ¶ Alcinous. Qui rex Phæacum fuit. ¶ Oreſtes. Filius agamennonis ex Clytemneſtra:qui patris morteȝ ulciſcens matrem interemit. ¶ Licurgus. Qui leges Spartanis dedit: de quo alibi:hos autem tanq; antiquiſſimos uiros & ab hominum ætate illa remotiſſimos cõmemorat ¶ Phanon. Manifeſtum & apertũ a potu phenome:ideſt mãifeſto:uñ phanum templum quod omnib⁹ patefit. ¶ Veriuerbio. Vel uero uerbo uel ueritate uerbi. ¶ Tibi plus quidem q̃ aut mihi:ordo plus:ſcilȝ illi q̃ tibi aut mihi. ¶ Luridis. Supra modum pallidis. ¶ Atra bilis. Quæ a græcis mellancholia dicitur de qua mentio habita eſt in amphy. quam Feſt.ab atro animi uitio atrã dici putat. ¶ Illuceat. Ardeat:nam quæ ardent lucem emittunt. ¶ Laruæ. Spiritus nocturni & mali quidem: de quibus abunde ſupra. ¶ Maſtigiæ. Verberoni: græcum enim eſt maſtigia a maſtix quod flagellum dicitur uel a maſtigo uerbero flagello. ¶ Addites. Accedas. ¶ Denaſabit. Innouauit uerbum: ut ſæpe & feſtiuiter plaut⁹. ¶ Mordicus. Et mordicibus pro morſu. ¶ Abnutas:abnutare ſæpe annuere. ¶ Armenta Abſunt. Tãgit hoc loco Aiacis furorem qui cum in iudicio armorũ achillis ſuccubuiſſet: quæ Vliſſi græcorum ducum ſententia non ipſi adiudicanda fuerant in furorem uerſus paſſim per exercitum armenta cædebat duoſq; tauros:quos domi aligatos tenebat flagello percutiebat alterum Agamennona: alterum ulliſſem ictitans:ex quo facta eſt a Sophocle tragœdia:quæ inſcripta eſt aiax maſtigophoros :ideſt Aiax ſcuticam ferens : de

BERN. SARA. VENE.

Occido occiſus Interficio

Comitialis morbus

Spuere Sputare. Inſputar Deſpuer

A.I.Alcmæon. Alcino⁹. Oreſtes. Licurguſ Phanos Veriuerbium Deuerbium

Quid loq̃r? qd fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? mihi
Res omnis in incerto ſita eſt quid rebus confidam meis?
Vtinam te di prius perderent q̃ periſti e patria tua
Ariſtophontes:qui ex parata re imparatam rem omnem facis.
Occiſa eſt hæc res.niſi reperio atrocem mihi aliquam aſtutiam:
Eg. Sequere hem tibi hominem adi atq; adloquere.
Tyn. Quis eſt homo me hominum miſerior?
Ari. Quid iſtuc eſt quod meos te dicam fugitare oculos tyndare?
Proq; ignoto me aſpernari.quaſi me nunq̃ noueris?
Equidem tam ſum ſeruus q̃ tu:& ſi ego domi liber fui
Tu uſq; a puero ſeruitutem ſeruiuiſti in aulide.
Eg. Aedepol minime miror is ſi te fugitat:aut oculos tuos.
Aut ſi te odit qui iſtum appelles tyndarum pro philocrate.
Tyn. Egio.hic homo rabioſus habitus eſt in aulide.
Ne tu quod iſtic fabuletur auris immittas tuas.
Nam iſtic haſtis inſectatus eſt domi matrem & patrem:
Et illic iſti qui ſputatur morbus interdum uenit.
Proin tu ab iſtoc ꝓcul recedas. Eg. ultro iſtũ a me. Ar. ain uerbero
Me rabioſum atq; inſectatum eſſe haſtis meum memoras patrẽ?
Et eum morbũ mihi eſſe ut qui me opus ſit inſputarier?
Eg. Ne uerere multos iſtæc morbus homines macerat:
Quibus inſputari ſaluti fuit:atq; iis ꝓfuit:
A. Quid tu ãt ẽt huic credis? E. qd ego credã huic? Ar. iſanũ eẽ me.
Tyn. Viden tu hunc q̃ inimico uoltu ituet̃? concedi optumunſt.
Egio ſic quod tibi ego dixi.gliſcit rabies:caue tibi.
Eg. credidi eſſe inſanum extemplo ubi te appellauit tyndarum
Tyn. Quia ſuum ipſe interdum ignorat nomen:neq; ſcit q ſiet.
Eg. At etiam te ſuum ſodalem eſſe aiebat. Tyn. audiui.di magni
Et quidem alcinous:atq; oreſtes & licurgus poſtea
Vna opera mihi ſunt ſodales qua iſte. Ar. at etiam furcifer
Male loqui mihi audes? non ego te noui? Eg. pol phanõ id qdẽ eſt
Non nouiſſe qui iſtum appellas tyndarum pro philocrate.
Quem uides eum ignoras? illum nominas quem non uides?
Ar. Immo iſte eum ſeſe ait qui non eſt eſſe:& qui uero eſt negat.
Tyn. Tu enim repertus philocratem qui ſuperes ueriuerbio.
Ar. Pol ego ut rem uideo tu inuentus uera uanitudine
Qui conuincas.ſed quæſo hercle agedum aſpice ad me.
Tyn. Hem. Ar. dic modo te negas tyndarum eſſe?

quo meminit Iuue. Hic ioue percuſſo mugire agamennona credit. ℂ Inter ſaxum ſacrumq; ſto: prouerbium ſumpt ab his qui cum fœdera iungebant feram ſaxo mactabant: de huiuſce feræ mactatione quæ ſilicet percutiebatur mem nit Virg. in. ix. æneі. & cæſa iungebant fœdera porca: meminit Liui. & Fene. uerba autẽ in ferienda uictima a ſacerd te ſimili uoce pronunciabantur: q́ ſicut ille porcam feriebat ſaxo: ita a ioue fulmine ille feriretur q fœdera uiolaſſet: q bus dictis illico feram mactabat: quæ antequam ſaxo percuteretur merito in uitæ diſcrimine ſtare dicebatur: iccirc in prouerbium uenit: ut qui in aliquo periculo conſtitutus eſſet diceret ſe inter ſaxum & ſacrum ſtare: conſimile ſer poſſim pro prouerbio noſtris temporibus uulgatur ab his qui in aliquo diſcrimine uerſantur: ut dicant eſſe inter incudem & maleũ. ℂ Expugnare: Melius expurgare. ℂ Deliquio. Deliquium proprie dicitur defectus a delinquẽdo uñ ſolis deliquium Fe. dixit q́ delinquat a curſu ſuo. Varro inquit: deliquium ab eo dictum quod deliquanda non ſunt ut turbida quæ ſunt deliquãtur ut liquida fiant. Aureli. ſcribit deliquium a liquido: claudi ab eliquato. ſi quis alterutrum ſeq mallet habebit autorem ſed deliquium Fe. teſtimonio Plaut. uſurpat pro minus. ℂ Dierectum. Per antiphraſim dictum: nam dierectum dixerunt ſignificare malum diem uolentes: at dicuntur dierecti quaſi ad diem erecti: hoc eſt cruci affixi. Var. apage indirectum a domo noſtra iſtã inſanitatem. i. in malũ diẽ. uel in malã crucem. ℂ Aerumnatus: laboribus repletus. ℂ Deartuatus uirib⁹ effractus. ℂ Technis artibus aſtutiis. ℂ Putamina: quæ non tantũ arborum ſed omnium rerum purgamenta dicuntur. ℂ Subliuere os. Illuſere pro ridiculo habuere tractum uerbum a genere ludi quo dormientibus ora pinguntur. ℂ Offuciis. Dolis. ℂ Colaphe cor. co. Nomina ſunt ſeruorum quos uocat ut uinciant tyndarum.

Miſeri felicibus iuidere ſolent

Neutiq̃.

Neutiq;.

Luridus

VALLA

Quo illum. In hac ſcæna ariſtophontem quẽ egyo aduxerat captiuum Tyndarus ſpectare auerſatur: eumque domi inſanum habitum eſſe uideri uult ita arbitratus ſuos ſe dolos poſſe tegere. ſed fruſtra. Denique enim apperiuntur. ℂ Prius perderent. pro perdidiſſent figura metalaſſis. ℂ Proque ignoto: ideſt loco eius: quem nõ nouerit. ℂ Qui ſputatᷣ morb⁹: ideſt comitialis. Plinius in decimo. Coturnicibus ueneni ſæmen gratiſſimus cibus: quam ob cauſam eas damnauere menſis ſimulq; comitialem ꝑpter morbum deſpui ſuetũ: quem ſolæ animalium ſentiunt præter hominem. ℂ Vltro iſtum a me: ideſt dimouete hunc a conſpectu meo. ℂ Concedi optimum eſt: ideſt optimum fuerit ut ſecedatur. ℂ Gliſcit rabies: ideſt augetur morbus. ℂ Alcynous. is rex phæacum fuit. ℂ Oreſtes. filius Agamennonis. ℂ Lycurgus. multi Lycurgi fuerunt.

Adito. as

Denaſare

Mordicibus.

Mordic⁹.

Tyn. Nego inquam. Ar. tu te philocratem eſſe ais?
Tyn. Ego inquam. Ar. tu ne huic credis?
Eg. Tibi plus quidem q̃ aut mihi.
Nam ille qdem quem tu memoras eſſe: hodie hinc abiit aulidem
Ad patrem huius. Ar. quem patrẽ q ſeruus eſt. Tyn. & tu quidem
Seruus & liber fuiſti & ego me confido fore
Si huius huc reconciliaſſo in libertatem filium
Ar. Quid ais furcifer? tun te gnatum memoras liberum?
Tyn. Non equidem me liberũ. ſed philocratem eſſe aio. Ar. qd ẽ
Vt ſceleſtus egio nunc iſte ludos facit.
Nam is eſt ſeruus ipſe neq; præter eum quiſq̃ ei ſeruus fuit.
Tyn. Quia tute ipſe eges in patria: nec tibi qui uiuas domiſt.
Omnis inuenire ſimiles tibi uis: non mirum facis.
Eſt miſerum ut male uolentes ſint: atq; inuideant bonis.
Ar. Videſis egio: ne quid tu huic temere inſiſtas credere.
Atq; ut perſpicio profecto iam aliquid pugnæ edidit.
Filium tuum quod redimere ſe ait: id ne inquam mihi placet.
Tyn. Scio te id nolle fieri: efficiam tamen ego id ſi dii adiuuant:
Illum reſtituam huic: hic: autem in aulidem me meo patri
Propterea ad patrem hinc amiſi tyndarum. Ar. quin tute is es?
Neq; præter te in aulide ullus ſeruus iſtoc nomineſt.
Tyn. Pergin ſeruom me exprobare eſſe id quod ui hoſtili obtigit
Ar. Enimuero iã nequeo contineri. Tyn. heus tu qd agis? qn fugis
Iam illic hic nos inſectabit lapidibus: niſi illum iubes
Compræhendi. Ar. crucior. Tyn. ardent oculi. fune opus egio:
Viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis?
Atra bilis agitat hominem. Ar. at pol te ſi hic ſapiat ſenex
Atra pix agitet apud carnificem: tuoq; capiti illuceat.
Tyn. Iam deliramenta loquitur: laruæ ſtimulant uirum.
Eg. Hercle quid ſi hunc cõpræhẽdi iuſſerim? Tyn. ſapias magis:
Ar. Crucior lapidem non habere me ut illi maſtigiæ
Cerebrum excutiam. qui me inſanum uerbis concinnat ſuis.
Tyn. Audin lapidem quæritare? Ar. ſolus te ſolum uolo
Egio. Eg. iſtinc loquere ſi quid uis: procul tamen audiam.
Tyn. Nanq; ædepol ſi addites propius: os denaſabit tibi.
Mordicus. Ar. neq; pol me inſanum egio eſſe creduis:

Nam &

Nam & unus orator fuit athenienſis clariſſimus. & Lycurgus qui condidit leges quibus macedones tenebantur. ℂ Phanon: ideſt apertum. Nam phæno cuius futurum phano ſignifico. ℂ Veriuerbio: ideſt ueritate uerborum. ℂ Quam tibi plus quidem aut mihi: hæc uera lectio eſt. ℂ Reconciliaſſo. ideſt reducem fecero. ℂ Aliquid pugnæ edidit. ideſt iam procudit in te aliquid. ℂ Quod redimere. ideſt quã rem ſe ait redimere. ℂ Fune opus. ut reuinciatur. ℂ Maculis luridis. ideſt corpus luridum facientibus. Eſt enim luridus color mortuorum. ℂ Atrabilis. quæ ſi ad cerebrum aſcẽdat inſanũ facit. Sin in aliam corporis partẽ unam irrumpat cancrũ: aut cãcrenã: ac ſi ſanguinẽ totum contaminarit lepram. ℂ Laruæ ſtimulant uirum. Immũdi ſpiritus agitãt. ℂ Si adbites. i. accedas. ℂ Os denaſabit tibi. e facie naſum mordicus abſtulerit. ℂ Mihi abnutas. ideſt ſigno me admones ut ſileã. ℂ Nugas ludificabit: ideſt nugãdo ludos tibi faciet. ℂ Neq; pes neq; caput: id eſt neq; principium neq; finis. ℂ Armenta abſunt: aiacem hunc cũ uides ipſum uides. hoc eſt nihil differt ab Aiace thelamonio cũ inſaniuit: niſi quod armenta mõ non adſunt. Tradit nãq; Sophocles in aiace maſtigophoro arma Achyllis ab Agamẽnone & Menelao. de quibus inter Vlyſſem & Aiacem erat cõtrouerſia Vlyſſi fuiſſe adiudicata: q̃obrem Aiax nimia ira furore correptus eſt: cũq; noctu Agamẽnonem Menelaũ & Vlyſſem necare moliret a Pallade conuerſus eſt in ſtabula ubi multa occidit armenta ſe Agamẽnonem Menelaum & Vlyſſem occidere arbitrat⁹. ℂ Inter ſacrum ſaxumq; ſto. Priſca conſuetudine cũ fœdus ſanciebatur in medio porca ſtatuebatur: quã lapidib⁹ occidebant dicentes ita lapidibus occaſurum. (ut alii autem Iouis fulmine) quicũq; fregiſſet fœdus ſancitũ: ut porca occidebat: inde natũ ut iſtum fœdus diceretur: necnõ pcuſſum. Qui igitur inter porcam & ſaxum tum fuerit & ſaxis cõtundatur & a porca feriat neceſſe eſt. ℂ Apud te deliquio fiet. Deliquium ait Varro dictum ab eo ꝙ deliquandũ: ut turbida que ſunt nõ deliquantur ut liquida fiant. Aurelius ſcribit deliqum eſſe a liqdo. Claudius ab eliquato. Si quis alterutrũ ſequi mallet habebit autorẽ. Deliquiũ itẽ dicitur ſolis & lunæ defectus a delinquẽdo ꝙ delinquat in curſu ſuo: ut Feſtus idẽ deliquium apud Paulatum ſignificat minus. ℂ Matri obſtetrix: ideſt adiuuiſti matrem meam parientem: cum ego natus ſum ut me ex aluo tolleres. ℂ Dierectum cor meum: ideſt ſuſpenſum: quaſi ad diem præſtitutam damnationi erectum. Feſtus. Dierectũ dicebant p antiphraſim uolẽtes ſignificare malũ diem. Nonius. Dierecti dicti crucifixi quaſi ad diem erecti. Var. in Eume. apage in diem rectum a domo noſtra iſtam inſanitatem. ℂ Suſpende te: ideſt contine te ſuſpenſum. nam ſubiungit. ℂ Tu ſubſultas: ideſt ſurſum emicas. ℂ Aerũnatus: ærũnis undiq; uallatus. ℂ Deartuatus: ideſt per artus conciſus. ℂ Technis: ideſt artibus & intelligitur fallaciis. Nam techna etiã diſciplina nominatur. ℂ Exploratum: ideſt attentatum & clarum. Vnde & exploratores dicti qui alienam mentẽ inſidioſe

Neq; fuiſſe unq̃: neq; eſſe morbum quem iſtic autumat.
Verũ ſi quid metuis a me: iube me uinciri uolo:
Dum iſtuc itidem uinciatur. Tyn. immo enimuero egio:
Iſtic qui uolt uinciatur. Ar. tace modo ego philocrates
Falſe faciam ut uerus hodie reperiare tyndarus: longius
Quid mihi abnutas? Tyn. tibi ego abnuto? quid agat ſi abſis?
Eg. Quid ais? qd ſi adeam hũc inſanũ? Tyn. nugas ludificabit:
Garriet: quod neq; pes unq̃ neq; caput compareat.
Armenta abſunt. aiacem hunc quum uides: ipſum uides.
Eg. Nihil facio: tamen adibo. Tyn. nunc ego omnino occidi.
Nunc ergo inter ſacrum ſaxumq; ſto: nec quid faciam ſcio.
Eg. Do tibi operam ariſtophontes: ſi quid eſt quod me uelis:
Ar. Ex me audibis uera: quæ nunc falſa opinare egio.
Sed hoc primum expurgare tibi uolo: me inſaniam
Neq; tenere: neq; mi eſſe ullum morbum: niſi quod ſeruio.
At ita me rex deorum atq; hominum faxit patriæ compotem
Vt iſtic philocrates nõ magis ẽ q̃ aut ego aut tu. Eg. eho dic mihi
Quis illic igitur eſt? Ar. quem dudum dixi a principio tibi.
Hoc ſi ſecus reperies: nullam cauſam dico quin mihi
Et parentum & libertatis apud te deliqueo ſiet.
Eg. Quid tu ais? Tyn. me tuũ eẽ ſeruũ: & te meũ herũ. (gas ait.
Eg. Haud iſtuc rogo. fuiſti liber? Tyn. fui. Ar. n. uero non fuit: nu
Ty. Qui tu ſcis? an fortaſſe fuiſti meæ matri obſtetrix? qui id tam
Audacter dicere audes? Ar. puerum te uidi puer.
Tyn. At ego te uideo maior maiorem. hem rurſum tibi meã rem
Non cures ſi recte facias. num ego curo tua? Eg. fuit ne huic
Pater theſauro chryſonico chryſides? Ar. non fuit.
Neq; ego iſtuc nomen unquã audiui ante hunc diem.
Philocrati theodoromedes fuit pater. Tyn. pereo probe.
Quin quieſcis dierectum cor meum: ac ſuſpende te.
Tu ſuſſultas: ego miſer uix aſto præ formidine.
Eg. Satin iſtuc mihi exquiſitum eſt fuiſſe hunc ſeruum in aulide.
Neq; eſſe hũc philocratẽ? Ar. tã ſatis q̃ nunquã hoc iuenies ſecus.
Sed ubi is nũc eſt? Eg. ubi ego minime atq; ipſus ſe uolt maxime
Tum igitur ego ærumnatus: deartuatus ſum miſer.

Abnutare.
Dux telamonis.
Prouerbiũ inter ſacrũ ſaxũq; ſto.
Prouerbium.
Redact⁹ ad anchoram ſacram.
Anchora ſacra.
Deliquũ.
Delinquere.
Deliquiũ.
Dierectũ
Suſpenſus.
Suſpendo.
Deartuare.
Technæ


exquirunt. ℂ Cincinatus.ideſt capillos intortos habẽs:unde & Cicero quas græci cometas uocant cincinas appel[...]uit. ℂ Verba mihi data:ideſt mihi eſſe impoſitum. ℂ Nucleum amiſi.tranſlatio a nucibus ſumpta. ℂ Reliquit pignori putamina.putare tractare purgare:proprie inquit Donatus: putare eſt falſa & infructifera a ueris & fertilib⁹ r[...]ſecare.uñ arborũ purgatores putatores dicunt. ℂ Surſũ uerſus os ſubliuere.i. feſellere ſimilitudine ſumpta a dormi[...]tibus cũ illis os inficit neſcientib⁹:ut experrecti a ſpectãtibus ridiculi habeant. Naȝ lino maculo eſt. Virgilius. Lita cor[...]pora guttis. ℂ Offuciis.ideſt dolis a phuco:cuius paulo ante facta mentio ẽ. ℂ Colaphe:cordalio:Corax.Lorario[...] ſũt nomina.Colaphus qđ colaphos incutiat. Cordalio qđ cordis reuinciat.Corax græce: Latine coruus qđ ſuffigat homines ĩ cruce a coruis deuorãdos. ℂ Nũ lignatuȝ mittimur: ideſt ut ligna domum portemus. Lignatũ ita dictũ:ut aquatũ pabulatũ. Niicite manicas. Sicut pedica peduȝ ſic manica manuũ laqueus. ℂ Sartor ſatorq; Sartores referente Marce. dicti non ſolum ſunt a ſartiendo uerũ etiã a ſarrendo & ſine c ſcribẽdũ ẽ a ſarrẽdo i.purgando id qđ Plautuſmet declarat ſubdens prius occant q̃ ſarriunt ruſtici alludens ad uerbum ſartor:nã ſarctor cum c a ſarcio uenit quod eſt integrum facio:hinc ſarctores qui ueſtes ſarciunt & ſuunt : ſator uero a ſerendo unde ſemen quaſi ſerimen & ſatus genitus. ℂ Occatorem. Occator & pariter occare ab occidendo ꝙ grandes terræ cædat globos. Varro Occare.i.cõminuere dixit & ſerenus occationem quaſi occerationem ꝙ occultet ſemina. ℂ At erit hoc factuȝ.Seruat decorum Plautus inducens loquentem tyndarum non ut ſeruum: ſed uti ingenuum decebat. ℂ Qui per uirtutem perit. In hanc ferme ſententiam Cicero in oratio. Neq; mors miſerãda eſt quæ ob Rẽpublicam capitur:neq; exicium turpe quod uirtute ſuſcipitur:& notanda ex plauto eſt uerborum iſtorum proprietas:ꝙ plus ſit interire q̃ perire:habes etiam teſtem Nonium: qui differentiam horum uerborũ annotauit:ꝙ perire leuior res ſit:& habeat inuentionis ſpeciem. ℂ Sutellas doloſas aſtutias a ſimilitudine ſuentiũ dictas. ℂ Emitteres manu:Liberares qui dicẽdi modus apud Plau. eſt frequentiſſimus. ℂ Nuperum. Ab eo quod eſt nuper fit nuperum. ℂ Nouicium. Valde nouum & incognitũ. ℂ Latomias. Græce dicuntur latomiæ lapidicinæ & ad expræſſiorem ſignificãtiam adiecit lapidarias. Romæ latomiæ ꝓ loco carceris habitæ ſunt. ℂ Seſqopus:ideſt tantũdẽ & dimidiũ.uñ in ꝓportione ſeſqualterã numeꝝ dicimus cõtinẽtẽ aliũ & ipſius me[...]dietatẽ ut tres ad duo & ſex ad q̃tuor & nouẽ ad ſex:ſeſq.n.ĩterꝑtat beat⁹ Auguſtin⁹ ĩ muſicis abſq; ſe. ℂ Sexcẽtoplago. Formatũ nomẽ ex ſexcẽtis plagis. ℂ Actutũ. Cõfeſti q̃ primũ. ℂ Rebitet. Redibit. ℂ In phylacã. In carcerẽ ĩ cuſto[...]

diam uerbum

BERN.
SARA.
VENE.

Nucleus
Enucleare.
Putamina.
Subliuere os.
Offuciæ
Colaphus.
Chordalio.
Corax.
Sator.
Sartor & ſauitor.
Sarrire.
Sarculũ
Occare.
Occator
Rũcare.
Rũcina.
Sarctor.
Sarcio.

Huius ſceleſti technis:qui me ut lubitum eſt ductauit dolis
Sed uideſis. Ar.quin exploratum dico & prouiſum hoc tibi.
Eg.Certon. Ar.qn nihil unquã inuenies magis hoc certo certius.
Philocrates iam inde uſq; amicus fuit mihi a puero puer.
Eg.Sed qua facie eſt tuus ſodalis philocrates? Ar.dicam tibi.
Macilento ore:naſo acuto.corpore albo & oculis nigris
Subrufus aliquantum:criſpus cincinatus.Eg.conuenit.
Tyn.Vt quidem hercle in mediũ ego hodie peſſume ꝓceſſerim.
Ve illis uirgis miſeris quæ hodie in tergo morientur meo.
Eg.Verba mihi data eſſe uideo.Tyn.quid ceſſatis compedes
Currere ad me:meaq; amplecti crura:ut uos cuſtodiam?
Eg.Satin me illi hodie ſceleſti captiui cœperunt dolo.
Illic ſeruum ſe aſſimulabat:hic ſeſe autem liberum.
Nucleum amiſit:reliquit pignori putamina.
Ita mihi ſtolido ſurſum uerſus os ſubliuere offuciis.
Hic quidem me nunquam irridebit.colaphe: cordalio.corax.
Ite iſtinc:atq; efferte lora.Co.num lignatum mittimur?



Egio.Lorarius.Tyndarus.Ariſt.

INiicite huic manicas maſtigiæ.
Tyn.Quid hoc eſt negocii? quid ego deliqui. Eg.rogas?
Sartor:ſatorq; ſcelerum : & meſſor maxume?
Tyn.Occatorem dicere debebas prius.
Nam ſemper occant prius.q̃ ſarriunt ruſtici.

